- *Cælo dotes, sidera quot, tot sunt tibi Virgo. 785
- *Cælo dotes, sidera quot, sunt tot tibi Virgo.
- *Cælo dotes, sidera quot, Virgo tibi tot sunt.
- *Cælo dotes, sidera quot, Virgo tibi sunt tot.
- *Cælo dotes, sidera quot, tot Virgo tibi sunt.
- *Cælo dotes, sidera sunt quot, tot tibi Virgo. 790
- *Cælo dotes Virgo tibi tot, sidera quot sunt.

F *Cælo

- *Cælo dotes Virgo tibi tot , sidera sunt quot.
 *Cælo dotes Virgo tibi , quot sidera , tot sunt.
 *Cælo dotes Virgo tibi , quot sidera , sunt tot.
 795 *Cælo dotes Virgo tot tibi , sidera quot sunt.
 *Cælo dotes Virgo tot tibi , sidera sunt quot.
 *Cælo dotes Virgo , sidera quot , tibi tot sunt.
 *Cælo sidera quot , sunt Virgo tot tibi dotes.
 *Cælo sidera quot , sunt dotes tot tibi Virgo.
 800 *Cælo sidera quot , sunt tot dotes tibi Virgo.
 *Cælo sidera quot , sunt tot Virgo tibi dotes.
 *Cælo sidera quot , sunt dotes Virgo tibi tot.
 *Cælo sidera quot , Virgo sunt tot tibi dotes.
 *Cælo sidera quot , Virgo tot sunt tibi dotes.
 805 *Cælo sidera quot , Virgo dotes tibi tot sunt.
 *Cælo sidera quot , Virgo dotes tibi sunt tot.
 *Cælo sidera quot , dotes sunt tot tibi Virgo.
 *Cælo sidera quot , dotes tot sunt tibi Virgo.
 *Cælo sidera quot , dotes Virgo tibi tot sunt.
 810 *Cælo sidera quot , dotes Virgo tibi sunt tot.
 *Cælo sidera quot , dotes sunt Virgo tibi tot.
 *Cælo sidera quot , dotes tot Virgo tibi sunt.
 *Cælo sidera quot , tot Virgo sunt tibi dotes.
 *Cælo sidera quot , tot dotes sunt tibi Virgo.
 815 *Cælo sidera quot , tot sunt Virgo tibi dotes.
 *Cælo sidera quot , tot sunt dotes tibi Virgo.
 *Cælo sidera quot , tot dotes Virgo tibi sunt.
 *Cælo sidera sunt quot , Virgo tot tibi dotes.
 *Cælo sidera sunt quot , tot Virgo tibi dotes.
 *Cælo

- * Cælo sidera sunt quot , dotes tot tibi Virgo. 820
- * Cælo sidera sunt quot , tot dotes tibi Virgo.
- * Cælo sidera , Virgo , quot sunt , tot tibi dotes.
- * Cælo sidera , Virgo , quot , dotes tibi tot sunt.
- * Cælo sidera , Virgo , quot , dotes tibi sunt tot.
- * Cælo sidera , Virgo , quot , tot sunt tibi dotes. 825
- * Cælo sidera , Virgo , sunt quot , tot tibi dotes.
- * Cælo , Virgo , quot sunt sidera , tot tibi dotes.
- * Cælo , Virgo , sidera quot sunt , tot tibi dotes.
- * Cælo , Virgo , sidera sunt quot , tot tibi dotes.
- * Cælo , Virgo , sidera quot , tot sunt tibi dotes. 830
- * Cælo , Virgo , sidera quot , dotes tibi tot sunt.
- * Cælo , Virgo , sidera quot , dotes tibi sunt tot.
- * Cælo Virgo tot , quot sidera , sunt tibi dotes.
- * Cælo Virgo tot tibi , quot sunt sidera , dotes.
- * Cælo Virgo tot tibi sunt , quot sidera , dotes. 835
- * Cælo Virgo tot tibi dotes , sidera quot sunt.
- * Cælo Virgo tot tibi dotes , sidera sunt quot.
- * Cælo Virgo tot dotes tibi , sidera quot sunt.
- * Cælo Virgo tot dotes tibi , sidera sunt quot.
- * Cælo Virgo sunt quot sidera , tot tibi dotes. 840
- * Cælo Virgo sunt tibi tot , quot sidera , dotes.
- * Cælo Virgo dotes tot tibi , sidera quot sunt.
- * Cælo Virgo dotes tot tibi , sidera sunt quot.
- * Cælo Virgo tibi dotes tot , sidera quot sunt.
- * Cælo Virgo tibi dotes tot , sidera sunt quot. 845
- * Cælo Virgo tibi dotes , quot sidera , tot sunt.
- * Cælo Virgo tibi dotes , quot sidera , sunt tot.

- * Cælo Virgo tibi tot dotes, sidera quot sunt.
 * Cælo Virgo tibi tot dotes, sidera sunt quot.
 850 * Cælo Virgo tibi tot sunt, quot sidera, dotes.
 * Cælo Virgo tibi tot, quot sunt sidera, dotes.
 * Cælo Virgo tibi sunt tot, quot sidera, dotes.
 * Cælo tot tibi dotes, quot sunt sidera, Virgo.
 * Cælo tot tibi dotes, sunt quot sidera, Virgo.
 855 * Cælo tot tibi dotes Virgo, sidera quot sunt.
 * Cælo tot tibi dotes Virgo, sidera sunt quot.
 * Cælo tot tibi Virgo, quot sunt sidera, dotes.
 * Cælo tot tibi Virgo, sunt quot sidera, dotes.
 * Cælo tot tibi Virgo dotes, sidera quot sunt.
 860 * Cælo tot tibi Virgo dotes, sidera sunt quot.
 * Cælo tot tibi sunt dotes, quot sidera, Virgo.
 * Cælo tot tibi sunt Virgo, quot sidera, dotes.
 * Cælo tot tibi sunt, quot, Virgo, sidera, dotes.
 * Cælo tot tibi, quot sunt, Virgo, sidera, dotes.
 865 * Cælo tot tibi, quot, Virgo, sunt sidera, dotes.
 * Cælo tot dotes tibi sunt, quot sidera, Virgo.
 * Cælo tot dotes tibi, quot sunt sidera, Virgo.
 * Cælo tot dotes Virgo tibi, sidera quot sunt.
 * Cælo tot dotes Virgo tibi, sidera sunt quot.
 870 * Cælo tot dotes tibi Virgo, sidera quot sunt.
 * Cælo tot dotes tibi Virgo, sidera sunt quot.
 * Cælo tot Virgo tibi sunt, quot sidera, dotes.
 * Cælo tot Virgo tibi, quot sunt sidera, dotes.
 * Cælo tot Virgo tibi dotes, sidera quot sunt.
 875 * Cælo tot Virgo tibi dotes, sidera sunt quot.

* Cælo

- *Cælo tot Virgo dotes tibi, sidera quot sunt.
 *Cælo tot Virgo dotes tibi, sidera sunt quot.
 *Cælo tot Virgo, quot sidera, sunt tibi dotes.
 *Cælo tot Virgo, sunt sidera quot, tibi dotes.
 *Cælo tot sunt Virgo, sidera quot, tibi dotes. 880
 *Cælo tot sunt Virgo tibi, quot sidera, dotes.
 *Cælo tot sunt dotes, sidera quot, tibi Virgo.
 *Cælo tot sunt, sidera quot, Virgo tibi dotes.
 *Cælo tot sunt, sidera quot, dotes tibi Virgo.
 *Cælo tot, quot, Virgo, sidera, sunt tibi dotes. 885
 *Cælo tot, quot sidera, Virgo sunt tibi dotes.
 *Cælo tot, quot sidera, dotes sunt tibi Virgo.
 *Cælo tot, quot sidera, dotes Virgo tibi sunt.
 *Cælo tot, quot sidera, sunt dotes tibi Virgo.
 *Cælo tot, quot sidera, sunt Virgo tibi dotes. 890

*S V N T T I B I T O T D O T E S V I R G O ,
 Q V O T S I D E R A C A E L O .

- *Sunt tibi tot dotes, cælo quot sidera, Virgo.
 *Sunt tibi tot dotes, quot cælo sidera, Virgo.
 *Sunt tibi tot dotes, quot, Virgo, sidera cælo.
 *Sunt tibi tot Virgo dotes, quot sidera cælo. 895
 *Sunt tibi tot Virgo cælo, quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi tot Virgo, quot cælo sidera, dotes.
 *Sunt tibi tot cælo Virgo, quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi tot cælo dotes, quot sidera, Virgo.
 *Sunt tibi tot cælo, quot, Virgo, sidera, dotes. 900
 *Sunt tibi dotes tot, cælo quot sidera, Virgo.

- *Sunt tibi dotes tot Virgo, quot sidera celo.
 *Sunt tibi dotes tot, quot celo sidera, Virgo.
 *Sunt tibi dotes tot, quot, Virgo, sidera celo.
 905 *Sunt tibi dotes Virgo tot, quot sidera celo.
 *Sunt tibi dotes celo tot, quot sidera, Virgo.
 *Sunt tibi Virgo dotes tot, quot sidera celo.
 *Sunt tibi Virgo celo tot, quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi Virgo tot dotes, quot sidera celo.
 910 *Sunt tibi Virgo tot, celo quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi Virgo tot, quot celo sidera, dotes.
 *Sunt tibi celo dotes tot, quot sidera, Virgo.
 *Sunt tibi celo Virgo tot, quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi celo tot dotes, quot sidera, Virgo.
 915 *Sunt tibi celo tot Virgo, quot sidera, dotes.
 *Sunt tibi celo tot, quot, Virgo, sidera, dotes.
 *Sunt tot Virgo tibi dotes, quot sidera celo.
 *Sunt tot Virgo tibi, celo quot sidera, dotes.
 *Sunt tot Virgo tibi, quot celo sidera, dotes.
 920 *Sunt tot Virgo, sidera quot celo, tibi dotes.
 *Sunt tot Virgo, sidera quot, dotes tibi celo.
 *Sunt tot dotes Virgo tibi, quot sidera celo.
 *Sunt tot dotes Virgo, sidera quot, tibi celo.
 *Sunt tot dotes, celo sidera quot, tibi Virgo.
 925 *Sunt tot dotes, sidera quot celo, tibi Virgo.
 *Sunt tot dotes, sidera quot, Virgo tibi celo.
 *Sunt tot celo Virgo tibi, quot sidera, dotes.
 *Sunt tot celo Virgo, sidera quot, tibi dotes.
 *Sunt tot celo dotes, sidera quot, tibi Virgo.
 *Sunt

- *Sunt tot, celo sidera quot, dotes tibi Virgo. 930
 - *Sunt tot, celo sidera quot, Virgo tibi dotes.
 - *Sunt tot, sidera quot celo, Virgo tibi dotes.
 - *Sunt tot, sidera quot celo, dotes tibi Virgo.
 - *Sunt tot, sidera quot, Virgo celo tibi dotes.
 - *Sunt tot, sidera quot, Virgo dotes tibi celo. 935
 - *Sunt tot, sidera quot, dotes Virgo tibi celo.
 - *Sunt tot, sidera quot, dotes celo tibi Virgo.
 - *Sunt dotes tibi tot Virgo, quot sidera celo.
 - *Sunt dotes tibi tot, celo quot sidera, Virgo.
 - *Sunt dotes tibi tot, quot celo sidera, Virgo. 940
 - *Sunt dotes tibi tot, quot, Virgo, sidera celo.
 - *Sunt dotes tibi Virgo tot, quot sidera celo.
 - *Sunt dotes tibi celo tot, quot sidera, Virgo.
 - *Sunt dotes tot Virgo tibi, quot sidera celo.
 - *Sunt dotes tot Virgo, sidera quot, tibi celo. 945
 - *Sunt dotes tot, sidera quot celo, tibi Virgo.
 - *Sunt dotes tot, sidera quot, Virgo tibi celo.
 - *Sunt dotes Virgo tibi tot, quot sidera celo.
 - *Sunt dotes Virgo, quot sidera, tot tibi celo.
 - *Sunt dotes celo tibi tot, quot sidera, Virgo. 950
 - *Sunt dotes, celo quot sidera, tot tibi Virgo.
 - *Sunt dotes, celo quot sidera, Virgo tibi tot.
 - *Sunt dotes celo tot, sidera quot, tibi Virgo.
 - *Sunt dotes, quot sidera, tot celo tibi Virgo.
 - *Sunt dotes, quot sidera, tot Virgo tibi celo. 955
 - *Sunt dotes, quot sidera celo, tot tibi Virgo.
 - *Sunt dotes, quot sidera Virgo, tot tibi celo.
- *Sunt

- *Sunt dotes, quot celo sidera, tot tibi Virgo.
 *Sunt Virgo tibi tot dotes, quot sidera celo.
 960 *Sunt Virgo tibi tot celo, quot sidera, dotes.
 *Sunt Virgo tibi tot, quot celo sidera, dotes.
 *Sunt Virgo tibi dotes tot, quot sidera celo.
 *Sunt Virgo tibi celo tot, quot sidera, dotes.
 *Sunt Virgo tot dotes, sidera quot, tibi celo.
 965 *Sunt Virgo tot celo, sidera quot, tibi dotes.
 *Sunt Virgo tot, sidera quot, dotes tibi celo.
 *Sunt Virgo tot, sidera quot, celo tibi dotes.
 *Sunt Virgo dotes tibi tot, quot sidera celo.
 *Sunt Virgo dotes, quot sidera, tot tibi celo.
 970 *Sunt Virgo celo, quot sidera, tot tibi dotes.
 *Sunt Virgo celo tibi tot, quot sidera, dotes.
 *Sunt Virgo, quot sidera, dotes tot tibi celo.
 *Sunt Virgo, quot sidera, celo tot tibi dotes.
 *Sunt Virgo, quot sidera, tot celo tibi dotes.
 975 *Sunt Virgo, quot sidera, tot dotes tibi celo.
 *Sunt Virgo, quot celo sidera, tot tibi dotes.
 *Sunt quot sidera celo, dotes tot tibi Virgo.
 *Sunt quot sidera celo, Virgo tot tibi dotes.
 *Sunt quot sidera celo, dotes Virgo tibi tot.
 980 *Sunt quot sidera celo, tot dotes tibi Virgo.
 *Sunt quot sidera celo, tot Virgo tibi dotes.
 *Sunt quot sidera, dotes Virgo tot tibi celo.
 *Sunt quot sidera, dotes celo tot tibi Virgo.
 *Sunt quot sidera, dotes celo Virgo tibi tot.
 985 *Sunt quot sidera, dotes tot Virgo tibi celo.
 *Sunt

- *Sunt quot sidera , dotes tot calo tibi Virgo.
 *Sunt quot sidera , Virgo dotes tot tibi calo.
 *Sunt quot sidera , Virgo calo tot tibi dotes.
 *Sunt quot sidera , Virgo tot calo tibi dotes.
 *Sunt quot sidera , Virgo tot dotes tibi calo. 990
 *Sunt quot sidera , tot Virgo dotes tibi calo.
 *Sunt quot sidera , tot Virgo calo tibi dotes.
 *Sunt quot sidera , tot dotes calo tibi Virgo.
 *Sunt quot sidera , tot dotes Virgo tibi calo.
 *Sunt quot sidera , tot calo dotes tibi Virgo. 995
 *Sunt quot sidera , tot calo Virgo tibi dotes.
 *Sunt quot calo sidera , Virgo tot tibi dotes.
 *Sunt quot calo sidera , dotes tot tibi Virgo.
 *Sunt quot calo sidera , tot dotes tibi Virgo.
 *Sunt quot calo sidera , tot Virgo tibi dotes. 1000
 *Sunt quot calo sidera , dotes Virgo tibi tot.
 *Sunt quot , Virgo , sidera calo , tot tibi dotes.
 *Sunt quot , Virgo , sidera , dotes tot tibi calo.
 *Sunt quot , Virgo , sidera , tot calo tibi dotes.
 *Sunt quot , Virgo , sidera , tot dotes tibi calo. 1005
 *Sunt quot , Virgo , calo sidera , tot tibi dotes.
 *Sunt calo quot sidera , dotes tot tibi Virgo.
 *Sunt calo quot sidera , dotes Virgo tibi tot.
 *Sunt calo quot sidera , Virgo tot tibi dotes.
 *Sunt calo quot sidera , tot Virgo tibi dotes. 1010
 *Sunt calo quot sidera , tot dotes tibi Virgo.
 *Sunt calo quot , Virgo , sidera , tot tibi dotes.
 *Sunt calo tibi tot dotes , quot sidera , Virgo.

G

*Sunt

50 PROTEVS PARTHENIVS.

*Sunt calo tibi tot Virgo , quot sidera , dotes.

1015 *Sunt calo tibi tot , quot, Virgo, sidera , dotes.

*Sunt calo tibi dotes tot , quot sidera , Virgo.

*Sunt calo tibi Virgo tot , quot sidera , dotes.

*Sunt calo dotes , quot sidera , tot tibi Virgo.

*Sunt calo dotes tibi tot , quot sidera , Virgo.

1020 *Sunt calo Virgo , quot sidera , tot tibi dotes.

*Sunt calo Virgo tibi tot , quot sidera , dotes.

*Sunt calo tot Virgo tibi , quot sidera , dotes.

ANNVMERAVI.



ERYCI PVTEANI
PIETATIS
THAVMATA
IN
PROTEVM
PARTHENIVM
BAVHVSIANVM.

EXCISE PATENT

PRIETATIS

THAVMATA

IN

PROFECTVM

PALATIUM

BAVARIANVM

53

ILL^MO ET EXC^MO
PRINCIPI ET HEROI
PHIL. GVILIELMO

DEI GRATIA

PRINCIPI AVRAICAE,
COMITI NASSAVIÆ,
EQVITI AVREI VELLERIS.



ERMITTE quaeso,
Magne PRINCEPS,
vt affectum Pietatis
plenum ad te transf-
feram, & peculiare
etiam animi tui He-

roici admirer dotes, quibus maxi-
mè Felix es, & ceteris maiestatem
Virtutibus ac lumen addis. Cælum

G 3 tibi

54 AD PRINCIPEM AVRAICAE
tibi in oculis , in pectore Aeternitas;
infra hæc ponis ac despicias opes , vr-
bes, regiones, & quidquid demum in
terrâ possides : his omnibus maior,
quia magnitudinem tuam Virtute,
Virtutem Pietate metiris. Sic omni æ-
uo præstantissimi quique Viri & He-
roës nomen & felicitatem religione in-
uenerunt : cari Deo , cui gradu velut
proximi, & humani quidam Dij. Sed
Christiani hæctenus Principes , vt
Deum colerent , Matrem Dei singu-
lari affectu venerati sunt : neque vir-
gineo cultu robur animi masculum
rati effeminari. Pietas ista etiam in
armatis pulchra fuit, & pugnantes iu-
uit. Bella grauisima , imò proelia re-
censeantur : Virginis , imò Matris
tesserâ Christiani Duces militésque
toties & felices & victores. Hinc et-
iam

iam tam Magnæ Matri, tam bonæ Virgini vota toties concepta, ac soluta: templa condita, & ornata; quæ suis in vicem Beneficiis Miraculisque Mater-Virgo illustravit. Sed sagi Pietatem toga secuta; nec minùs Litteræ quàm arma, Parthenophilæ fuerunt. Etiam hodie qui ingenij cultum amant maximè ac propagant, parum sibi religiosi videntur, nisi Virginis numen æstiment, extollant, adorent. Quid mirum? hanc Minervam suam, in hac Musas omnes habent. Musis autem vt fontes antiquitus, amnes, montes, non vno in loco sacri: ita Virgo nostra vbique colitur. Nulla regio, nulla prouincia, nulla ciuitas tam castæ Pietatis exers. Sed si Belgas spectem, in COLLE vicino & ASPERO adorata Virginis

56 AD PRINCIPEM AVRAICAE
ginis Benignitas fontem Miraculo-
rum nuperrimè aperuit ; riuum edu-
xit , qui non Belgicum modò solum,
sed vniuersum terrarum orbem irri-
garet. In vicino inquam C O L L E
ditionis tuæ , qui Virtutum tuarum
gloriam simul loqueretur. Ego qui-
dem , vt ingenij munus offerrem Vir-
gini , tuam , ô Magne P R I N C E P S ,
insinuare Pietatem volui : vt in C O L-
L E M ascenderem , te , etsi absentem,
affari. Non hîc iam celebros nomen
tuum , sed vsurpo : nec elogio , sed vo-
to affectum meum aperio : vt te sal-
uum , incolumem , felicem esse Vir-
go velit : morbos & aduentantis senij
onera arceat : illum florem animi , ro-
búrque corporis vsque & vsque illiba-
tum tibi seruet. Audi Mater , audi Vir-
go : & hæc mœnia tua , hoc templum ,
hanc

hanc urbem perfice ; perenni tutelâ ac
 præfentiâ bea. Benè auguror : inter
 clara & æterna nomina **A S P E R** ille
C O L L I S erit , cæli simulacrum , sa-
 lutis domicilium , Miraculorum fidus.
 Hic priusquam ciues essent , Virgo
 habitabat : urbem ipsa fecit , Benefi-
 ciis condidit , imò auxit. An dicam ?
 consecrata origo est. Auspiciis Virginis
 formam oppidi **C o l l i s** accepit : popu-
 lum collegit **P i e t a s** , iura dedit **R e l i g i o** .
 Omnes hîc boni , omnes hîc pij , non
 quidem **L a r e** , sed affectu sedem ha-
 bent : non vbi nati , sed vbi quodam-
 modò viuere cœperunt , Patriam pu-
 tant : alibi ciues , hîc felices ; alibi
 splendidi , hîc fani ; alibi magni , hîc
 pij. Sed te , **P R I N C E P S** Optime ,
 te inquam loci **D o m i n u m** , Deus in-
 tercedente Virgine , & Virgo annuen-
 H te

58 AD PRINC. AVRAICAE PRAEF.
te Deo, felicem, sanum, pium nobis
conseruare pergat! Ego quia Deo &
Virgini placere stili pietate, & THAV-
MATVM scriptione conatus sum,
tuum magis affectum merebor. Lo-
uanij, in Arce. Kalendis Martij,
∞. ICCC. XVII.



ERY-

ERYCI PVTEANI

AD

DIVAM VIRGINEM

ASPRICOLLENSSEM

MELOS VOTIVVM,

cùm Θάρματα sua offerret.

O VIRGO-MATER *virginum,*
Matrumq; VIRGO, quæ ASPERVVM
 COLLEM regis, non asperum:

Te fusa gens mortalium
Per abditos mundi sinus,
Iber, Britannus, Sarmata,

Ciuisque flavi Tybridis,
Salutis indigens, adit.

Te, proximo qui limite
Germanus, aut Gallus premit

Rheni latus, Mosæ latus,
Salutis indigens, adit.

Hic mentis, ille corporis

Aeger, petit solatium,

Et impetrat; iam mitius

Terens solum, Penatium,

Et hospiti felix Laris,

Et urbis, atque mœnium.

H 2

Strata

Strata iacent tot ilices,
Duroque sub ferro gemunt
Nodosa ligno roborata.
Iacentque nuda vepribus
Dumeta, tesqua sentibus;
Calcata libero pede,
Et integro vestigio.
Ergo omnis horror exulat,
Horror malus. Quid amplius?
Et impij domita iacet
Erroris obstinatio,
Clavis fidem MIRACVLIS
Audax negare: sed iacet,
Calcata tot MIRACVLIS.
Accedit iste nunc tui,
O VIRGO, Vatis PROTEVS
BAVHVSII; istud nunc tuum
MIRACVLVM, MIRACVLVM;
Pictus tot astris PROTEVS,
Versus pius tot Versuum,
Lucens tot ignibus Pharus,
Vnius & Versus Liber,
Vnius & Versus Libri:
Quem tu benigno respice
O VIRGO-MATER numine.
Sed hac simul mea, hac mea,
O VIRGO-MATER, hac mea
Fauore blando THAVMATA

Dignare;

Dignare; mentis innocens
 Quæ fudit ardor, intimas
 Carpens medullas flammulis
 Cælestibus. Sic virgine
 Corruptus igni, igni pio,
 MIRANDA laudo, sed tua
 Laudanda MIROR, sed tua.
 Tu namque, VIRGO, concitas
 Hanc entheatam pectoris
 Auram mei, hanc oris mei;
 Meoque verba sensuum
 Fecunda subseris stilo;
 Fecunda succi, sed pijs;
 Fecunda floris, sed pijs.
 Tu VIRGO scribis, tu meo
 Hac pangis ore THAVMATA,
 Amœnioris ingenI
 Imbuta rore THAVMATA.
 Hac ergo reddo, quæ tua
 Sunt, quæ loquentur me tuum.
 Beatiore tesserâ
 Cælestium quis coetui
 Se miscuit? Sed VIRGINEM
 Hac tesserâ sequi licet,
 MATREMQUE habere VIRGINEM.
 O te sequar! te habeam mihi!
 O VIRGO-MATER, te sequar!
 Curis nec illiger malis!

Votis nec illiger malis!

Caligo mentis pertinax,

Errórque cæcus lubricam

Mortalium vitam trahit.

Hic Venere molli diffluit,

Hic fervido mersus mero,

Instar iacet cadaueris:

Est qui cadauer ambulat,

Vino sepultus corpore.

Hic mille stipat artibus

Aurum, sed ipso in auro eget:

Hic ore fertur omnium,

Ignotus & vivit sibi.

Ludibria, ô ludibria!

Te VIRGO-MATER, te sequor,

Ad magna cæli sidera,

Ad pulchra cæli sidera.

Quid magna, pulchra nomino?

Te, VIRGO, qui videt, poli

Lucentis igneas faces,

Et quidquid est magni, videt,

Et quidquid est pulchri, videt.

Tu siderum ducis choros,

Mundique, VIRGO, mundus es.

An plura? MATER es DEI,

Es THAVMA, VIRGO, THAVMATVM.

ERY.

ERYCI PVTEANI
 PIETATIS
 THAVMATA

IN

PROTEVM PARTHENIVM
 BAVHVSIANVM.

THAVMA A.

*Omnia in Deo, & Naturâ, θαυμάσια. Imago
 Virginis celo, calum versu adumbratum. Pro-
 teus stellans, & θαῦμα τὸ ὀμνηκόν. Perichly-
 menus multiformis.*



IL admirari qui Sapientem vo-
 lunt, veræ pietatis vim ac δυνά-
 μιν ignorant. Quis tantum fu-
 mat supercilij, vt se hominem
 neget? vt immoto, & quasi clau-
 do oculo Deum ac naturam
 transeat? Homo sum: sed siue Deum, siue na-
 turam spectro, admiror omnia. Etenim non in-
 telligi Deū, loquuntur omnia: & obscura, inuo-
 luta, θαυμάσια esse omnia, Deus loquitur; à Deo
 sunt.

sunt. Hunc hominem fieri, hoc mirum est: & hominum causâ, hoc mirum est. E Virgine nasci, hoc mirum est: & Virginem Matrem esse Dei, hoc mirum est. Cælum quoque si intueor, & hîc mira omnia. Vbi plurimum lucis, tenebras experior: vbi nihil tegitur, obducta omnia. Nullus siderum orbiûmque error est, & contemplantis solertiam errore sidera orbésque tenent. Solis iubar humanam reiicit aciem; & qui inspicit omnia, recusat inspicere. Sic constans Lunæ varietas non vno aspectu, nec vnâ ambage ludit, crescens semper, aut senescens. Ad Virginem redeo: cælum premit, sideribus cingitur; Sole clarior, Lunâ pulchrior, totam naturæ faciem illustrando ornat, & ornando illustrat. Hanc tantam maiestatem mirari, parum est: veneror. Sed esse imaginem, quâ exprimi possit, hoc miror. Quænam illa? Cælum est, stellarum omnium facibus lucens: imò Versus est, Dotes Virginis cum Cælo comparans. Versus vnus, vt Cælum videas: & toto stellarum numero variatus, vt Miraculum fatearis. Bone Deus, quæ ista formarum fertilitas est! Idem dici, sed toties dici! ab vnâ imagine mille viginti duas nasci! Quid? seruari sententiæ indolem, metrique legem; & toties paucorum conuerti verborum faciem, vt sidera absoluantur! Non omnia igitur vel ἀπύρα, vel ἀδύρατα, quæ Poëtarum
olim

olim fabulis commissa. Vt Virginem laudaret Di-
uinorum Epigrammatum Scriptor, Versum de-
dit, qui Liber esset; & Librum, qui Versus.
Erro: ipsa Virgo dedit, MARIA dedit, BER-
NARDI sui ingenio & calamo vsa est. Gaude
felix iam Poëta: amplius est, dictante Virgine,
Versum scribere, qui Liber sit; quàm, non di-
ctante, Librum condere, qui Versu vno vinca-
tur. Noui Pietatem tuam: Virginis beneficio
maius felix esse, quàm ingenij miraculo, aut do-
ctrinæ clarus. Sic verò felix esse non potes, nisi
vt clarus sis; nec pius, nisi vt felix. Hoc Versu,
& tamen Libro, Pius es, felix es, clarus es. Vnus
hic Versus est, & simul innumerus; alius semper,
& tamen vnus. Quid dicam? admirandus est,
& quasi Diuinus. imò quid dicam? admirandò
& diuino scribi Virgo-Mater debuit. Quia
PROTEI exprimis nomen, Miraculum agno-
sco; quia PARTHENII, Mysterium. Deus olim
Proteus, Diuinus nunc Parthenius. Hic mirus
est, vt ille fuit: hic tuus, sed ille Homericus.
Fuisse mirum, & nominari Homericum, elegan-
ter apud Philostratum Pollux Sophista ostendit:
Πρωτεύς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ὀμηρικόν· πολλαὶ μὲν
αὐτῷ εἰς πολυειδεῖς αἱ μορφαί. *Proteus Pharius, Miracu-
lum est Homericum: multa quidem eius diuersæ
sunt formæ.* Et nequis Homerum reprehendat,
Periclymenum, Nelei filium, testatur Eupho-
rion,

Lib. II.
De vitis
Sophi-
starum.

rion, & Apollonij Scholiaſtes, id ab auo Neptuno muneris accepiffe, vt cùm in acie ſtaret, θαῦμα eſſet, & in varias formas tranſmutari aptus. Sed redeat Proteus, ſi vñquam fuit, redeat Periclymenus: etſi Deus, cælum tamen non exprimet; etſi Mirus, ſtellas tamen omnes non induet. Hoc Parthenio conceſſum eſt, qui Protei aſſumit nomen, Periclymeni extinguit. Ergo prodi Proteu, nunc Partheni; prodi, & ſtellas nobis omnes exhibe: prodi, & vt laudes Virginem, Dotes eius, quantum pote, repræſenta; ego vt Pius ſim, ſic laudari Virginem, pergam admirari.

THAUMA B.

Pharij & Parthenij comparatio: fecundus uterque. item γέρων, ἀθάνατος, ἄλιος, νημερτής. Laudes Virginis inſperſa.

O Bona Pietas! Verſum, PROTEVM; Pharium, PARTHENIVM fecit. Parthenium quidem, non γενικῶς à Virgine, ſed à Virgine Virginum: vt Verſuum hic Verſus eſt, regnùmque ſibi carminis vindicat. Pharium autem à Pharo Aegypti inſulâ Proteum Homerus nominârat; imò & Aegyptium. A Pharo, tamquam à fecunditate. φέρσαι enim generare Græcis: quemadmodum ſterilem terram, ἀφάρατον Callimachus ſcripſit, γῆν & γυνῆν ſimul parans & ponens.

In

In hunc sensum de ipsius Homeri sensu verba Heraclidis sunt in Allegoriis: Φυσικῶς ἐν τὸν ἀπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον, ἐκ τῆ γονίμης προσηγορίας ὁ μάλιστ' ἐβέλετο σημήνας. *Naturaliter igitur locum parentem rerum omnium nuncupavit Pharonem, fecunditatis significatione, quid sibi vellet, insinuans.* Ergo fecundus ille Proteus, ille Pharius, quia varius: & hic Parthenius (mirum!) quia Virgineus, & castâ prorsus geniturâ multiformis. Ex vnâ facie corporis, mille nascuntur: vnus Versus mille & ampliùs formæ sunt, & ad vnâ redeunt. Sacram Asperi-Collis Quercum, ramos, folia cogita; & hæc in vno Virginis simulacro abscondi. Foliis imago coronatur, stellis Virgo, versibus imago & Virgo: vnum tot folia, tot stellæ, tot versus diadema faciunt; & vno tamen hoc diadema Versu constat. O fecunditas! Quis tot filios pater habuit? Proteus habet, sed Parthenius. Hic seipsum gignit, totiesque sibi filius est, ac rursus pater, quoties formam mutat. Fit alius, manetque idem. Se quoties videt, querit; quoties inuenit, miratur. Versus igitur Proteum sequitur, illum Pharium; imò felici varietate, sed constanti pietate Proteus est. Quid etiam? Homericus ille,

— γέρον, ἄλιος, νημερτής,

Ἀθάνατος Προτεὺς Αἰγύπτιος. —

— senex, maris incola, veridicûsque,

I 2

Atque

Atque immortalis Proteus Aegyptius. —

Γέρων, siue *senex*; ne ludum putes, quidquid in honorem Virginis Virgineus hic Poëta lusit. Etiam ἀθάνατος, siue *immortalis*; vt æternum hunc Parthenium scias. Cælum ostenditur: non poterit, nisi cum cælo, hæc imago cæli perire. Festinent dies, voluantur anni, tabescat natura: seruabit ætatem, qui formam mutat; canescet sæculis, qui senium non timebit. Iterùm, Homericus ille, ἄλιος, siue *marinus* est, ἀπὸ τῆς ἁλὸς: hic Bauhusianus, Παρθένιος, siue *Virgineus*, ἀπὸ τῆς παρθένου, quam stellam maris tot iam sæculorum Pietas appellat. Quippe in mari mortales sumus, iacetamur vndis, pulsamur tempestatibus: in tantâ vitæ miseriâ, fortunæ rabie, tutela à Virgine est: hæc Helice, hæc Cynosura, hæc sacra anchora. quàm potens, tam pia: etiam naufragos seruat. Non frustrâ igitur illud D. Bernardi, noster hic

LIB. V. BERNARDVS vsurpat: *Respice Stellam, voca MARIAM:*

Non ego Ledaos pueros in vota vocavi,

Sed melior Noctis Stella vocata mihi est.

Pro face Pollucis fax impolluta MARIA est;

Pro face Castoreâ, casta MARIA mea est.

Hi gemini, fateor; MARIA unica: sat tamen una hæc.

Plus poterit geminis fratribus, ista Soror.

Prætereâ Heraclides Ponticus ἄλιον, tamquam è
multis

multis variisque rebus congestum nominat; & hinc ἀλίξειν Græcis esse, quasi *congregare*. Quid dicam? Etiam hoc originis mysterio Proteus noster ἄλιος est: congestus & accumulatus tot versibus, quot cælum stellis instructum. Denique Homericus ille, ἡμερτής, siue *veridicus*: sed magis noster; Virginem laudat. Huius qui Dotes stellis antetulit, verus fuit.

T H A V M A Γ.

Protei Homerici imagines ad Parthenium translata. Minæ & divæ in hostes Virginis. Proteus, chaos; eius forma, Elementa.

INNUMERAS video formas, & admiror: placidas omnes, venustas, emendatas, & capior. Quæ varietas, ea voluptas. Quoties mutatur versus, nouâ imagine ridet, nouâ elegantiâ allubescit. Sic pulchra Pietas, quia Virgo est: *Pulchra ut Luna, electa ut Sol*. Terribilem soli mali confessi sunt: & sic dicitur, *Terribilis, ut castrorû acies ordinata*. Ergo terrorem quoque Parthenius sumet Proteus, sed in hostes Virginis: erit, quidquid Homerus fingit: Leo, & rugiet; draco, & terrebit; panthera, & sæuiet; aper, & proscindet. Quid? vndas flammâsque dabit; suffocabit, & vret. Si noui Ebio-nes & Cherinti erunt, qui Virginitatis florem Virgini nefario dogmate eripiunt; Leonis for-

mam Proteus noster sumet : si noui Heluidij, qui
 post partum ; Draconem dabit : si noui Nestorij,
 qui non è Virgine Deum , sed hominem è non
 Virgine prodiisse Christum docent, in Deum pa-
 riter Virginémque impij; exsurget Panthera, læ-
 fúmque numen vindicabit : si noui Apollinares
 & Eutyches, qui natum quidem è Virgine Chri-
 stum volunt, sed carnem è Virgine non sumpsi-
 se ; Apri violentiam inuenient. Vos alij , qui-
 cumque estis , aquam timete & ignem : quæ opti-
 ma vocauit Pindarus , pessima furor diuinus fa-
 ciet. Pereant, malè pereant , qui Virginis au-
 dent nomini obstrepere, dotes laudésque eius im-
 minuere. Pereant , aquâ & igni indigni sunt;
 indigni elementis omnibus ; indigni qui uiuant.
 Apud Vatem sine oculis Argum, non prodigia
 ista , sed mysteria puto. Proteus enim, vt He-
 raclides explicat , nihil aliud quàm Chaos, &
 κεχυμένης ὕλης ἀμορφος ἀργία : *diffusa materia informis*
quædam segnities. A Prouidentiâ (hæc Εἰδοθεΐα,
 Protei filia) separatæ rerum formæ fuerunt, mun-
 dus mundo redditus , elementa distincta. Pro-
 teus, qui vna priùs natura fuerat, in multas dein-
 de species diuisus. Hinc leonis facies, hinc draco-
 nis, hinc arboris, hinc aquæ.

Ἄλλ' ἦτοι πρόπτεα λέων γένητ' ἠὲ γένειος,

Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.

Γίνετο δ' ὕγρον ὕδωρ, καὶ δένδρον ὑψιπέτηλον.

Sed

*Sed leo principio factus, cervice iubatâ;
Inde draco, & panthera ferox, & mox aper
ingens:*

*Hinc fluit in laticem, hinc formam capit arboris
alta.*

Leone Poëta ignem, siue ætherem designat; dracone, pantherâ, apro tellurem; arbore in altum exsurgente, aërem; aquâ aquam, sine ænigmati velo. quemadmodum paullò antè simpliciter legitur:

— Καὶ ὕδωρ, ἢ θεοπιδάεσ πῦρ.

— *Et liquor atque ardens diuinitus ignis.*

Sed Proteus noster à terrâ, aquâ, aëre, igni, in cælum transcendit. Quid? vt formas non caducas sumat, stellas exprimit: vt Virgini placeat, quidquid infrà iacet, despicit. Hos ô sumam animos Diua! ascendam, ad te veniam, Deum te monstrante inueniam! Sed hei, me terra onere suo tenet, imagine vestit: αὐτεξέσσιος non sum, & fictamen tuus esse cupio. Descende Virgo, ad me veni; & hîc Cælum facies. Veni; & in terrâ stellæ omnes lucebunt. Sic incipiam Cælestis esse: sic verè Parthenius esse. Intelligam quantum Proteus stellis exprimat, quanto Proteum Dotes tuæ vincant.

THAV-

THAUMATA Δ.

Venustas cum varietate, pretium cum mole comparatum: illud restrictum, hanc immensam esse. immensitatis modus & constitutio.

ATTAMEN & draco pulcher est, & panthera pulchra, & fus pulcher: acceptam à naturâ, imò à terrâ, formam gerunt. Homo, qui in draconem, pantheram, suem degenerat, pulcher non est: mentem, diuinæ particulam auræ, peruerso viuendi more inquinat. Demus affectibus imagines; draco liuorem, panthera sæuitiam, fus immunditiem notabit; omnes terram. Sed è terrâ has Proteus Homericus formas sumit, ac deformis est: quippe

— δράκων, ἢ πάριδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.

draco, panthera, & aper ingens.

Parthenius verò pulcher, quia cælo vestitur: imò pulcher, quia Virginem refert, hæc cælestis est, quia Vatem, hic Virgineus. Quid? Versus & cælestis, & Virgineus est: mutat formam, & formæ pretium seruat. quod quàm difficile, Poëtarum filij sciunt. Etenim non vno siue vitio, siue vulnere, venustas carminis violatur. E concinno hiulcum, è tenero asperum, è blando morosum reddes. Primum cum verborum structurâ negotium est; alterum, cum metri. Verba sinistro
nexus

nexu iugata, sententiæ inuoluunt lumen, & facilitatem impediunt. Metri aut maiestas celeritate, aut gratia lentitudine frangi solet, cùm aut Spondæus Dactyli, aut hic illius sedem implet. hinc ipsi versus partim Spondaïci, in hoc quidem genere, partim Dactylici. In Proteo igitur suo vitauit vtrosque non minùs prudens quàm pius vates, non minùs delicatus quàm felix. Iam non miror: Virginem alloquitur, Virginem laudat: amœnitate ridere Musam voluit, ac formosam esse.

Vox, & carmen inops, & acerba stridor auenæ
 eum sequatur, qui voluptatem laudaturus, fœdum vitiis ingenium dedicat: Virginis Dotes nemo expressit, nemo exprimet, qui non Virgineus, purus, castus; talémque imagine versum, versu imaginem adornet. Bone Deus, quæ hîc miraculi moles, si numerus magis Encomiastæ nostro, quàm pulchritudo placuisset. Sed formosum priùs, deinde varium esse Proteum voluit. Variari, vt omnem indueret formam, quadragies millies & trecenties vicies poterat: & nónne miraculum clamas? sed millies, bis & vicies, vt pulcher esset, vt Proteus esset, sensu & metro constaret. Carmen, non monstrum quæsitum est: non quoties transponi verba queant, sed quoties versum & encomium referant. Faciliùs verò, quoties transponi queant, quàm quo-

K ties

ties verſum encomiumque referant, inueſtigēs. Arithmetica namque ratione varietas prompta eſt; pulchritudo non niſi moleſtiſſima laboris periodo habetur. Oſtendo igitur quod facile eſt, nequis difficile arbitretur: tu quod difficile, experire, ne tamquam facile tranſeas. Octo in Proteo Bernardino voces ſunt: tot numeri ferie ſua extendendi. Primum in ſecundum, ſecundum in tertium, & ſic deinceps ducito: ſumma totam illam, ſed non pulchram varietatem dabit. Etenim duæ voces duas tantum formas; tres verò, ſex conſtituent; quatuor deinde, viginti quatuor; quinque, centum viginti; ſex, ſeptingentas viginti; ſeptem, quinquies mille & quadraginta; octo denique, quadragies mille, trecentas viginti, formas non formas. At in millenario Proteo pulchritudinem paucitate Auctor oſtendit, & pulchritudine paucitatem. Sic primum formaui verſum, vt pari venuſtate omnes variaret, imaginis pretio æquato: ſic varauit omnes, vt quem primum, quem vltimum dixeris, neſcias; eiufdem omnes notæ putes. Quid etiam? putes mille viginti duos, vnum eſſe; vnum, mille viginti duos. Dubitare incipio, quis pater, aut primogenius: quis tam admiranda metamorphoſi ſubnatus. An & pius error eſt? meus eſt. Discrimen video, vbi nego. Pulchræ omnes Protei formæ; ſed aliæ alijs pulchriores ſunt. Hem, ſtellæ ſunt, lumine & decore diſtant:

atque

atque hoc eodem discrimine tuæ, Virgo, Dotes sunt; discrimine perfectæ. Aliæ alijs maiores, nullæ parvæ: aliæ aliis clariores, nullæ obscuræ. Et varietatem Virginea venustas habet, sic venusta.

T H A V M A E.

Mille versus vnus, & in vno. Proteus ornatus cæli, sed æternus, æternum quoque Auctorem facit: pios omnes, sed auxilio Virginis: cælestes omnes, quia cælestis ipse.

VERSVS igitur mille quidem computo, sed vnum cerno. In vno mille sunt: in mille vnus. Vnum scribo, vt mille exhibeam: sed cælo inscribo, quem terra non capit. Cælum tam pulchro pióque ornari versu debet, & cælo versus: quippe cælo hic versus dignus, & versu cælum. Ibi legi debet, vbi Virgo est, vbi stellæ sunt, & fulgent, vbi Dotes Virginis, tamquam stellæ. Versus stellæ erunt, aut stellis inscribendi. Stellæ erunt vt Dotes repræsentent Virginis, & Vatis Pietatem. Sic verò in cælo Protei mysterium, & BAVHVSII nomen erit; sed Deo, sed Virgini, sed æternitati consecratum. Mittet suos quoque radios in terram hoc mysterium, & hoc nomen, & amorem Virginis in animis mortalium accendet. Legent omnes scriptas in sublimi Virginis laudes, quia sublimes; & è terrâ ad cælum, à luto

ad ignem, à nocte ad diem vota ac desideria erigent; Cælestes erunt. Tu ô Vates, dum hîc viues, istic loquêris tamen; dum hîc loquêris, istic viues. Quam sic laudasti Virginem, non propitiam modò, sed & præsentem habiturus; imò præsentem, quia propitiam. Iuuat, vbi adest: ac propterea adest, vt iuuet. Sed interim cælo Proteum donat: amat laudes, quæ non poterant, nisi stellis omnibus explicari: amat Proteum, qui non poterat, nisi in cælo scribi. Alij & profani versus, libri, volumina, satis in terrâ felicia sunt, cortici, ligno, æri, inscripta: hic quia versus & librum & volumen facit, æternitatis prærogatiuâ quadam dignus fuit: quia pius, in cælum ascendit, & transfusus per vastû illud corpus formis, ipsum induit, Dotibusque Virginis insigniuit. Prorsus igitur scribendi felicitatem, inscribendi pietas excipiat: inscriptos cælo versus, scriptos in cælo dixeris.

T H A V M A Z.

Proteus mundus, Dei index. Proteus Christus, Virgo E'idoθέα. ille Deus & homo, hæc Mater & Filia.

MVNDVM esse numen profanus Scriptor ait, *Maternum, immensum, neque genitum neque interiturum umquam.* Ait, sed profanus. Genitum & interiturum scimus: immensum nomen, non numen esse. Hoc nomen qui laudare tantum

Plinius,
lib. II.
cap. I.

tum voluit, stilum & elogium huc transferat: Proteum esse mundum credam: plenum, perfectum, ordine & pulchritudine sua absolutum. Vt varia Natura est: ita rerum omnium formas Proteus capit. Terra angusta est, cælum induit: cum ubique vim, potentiam, prouidentiam Veri Aeternique Dei insinuet, hinc ostendit. In aliis igitur credimus Deum; in sublimi, vt sic dicam, videmus. Stellis lucet, orbibus regit, tonitru monet, fulmine terret. Omnibus maior, lucendo, regendo, monendo, terrendo numen suum loquitur, & cultum à totâ naturâ exigit. Sed ô Deus! Protei causâ quid mundum nomino, & cælum admiror? Filium tuum nobis dedisti: hic Proteus est. nasci è Virgine voluisti: hæc Εἰδοθεα est. Christus, inquam, Proteus est: Virgo Εἰδοθεα. Quidquid in mundo pulchrum, Christo adscribo: quidquid in cælo illustre, donante Filio Mater accepit. Filium adoro, Matrem veneror: etiam in Matre Filius magnus est. Iterum, hic, quem adoro, Proteus est, sed æternus: hæc, quam veneror, Εἰδοθεα est, sed Mater. Etiam Filia, quia quem Deum & Hominem peperit, Patrem & Filium habet. Itaque cedat Homericæ & facessat

Πρωτέος ἰφθίμῃ θυγάτης ἀλίοιο γέροντος:

Clari Gnata senis Protei, Diuique marini:

θυγάτης enim doctrinæ causâ fingitur: Proteo edita, vt informis Pater distinctas rerum imagines

K 3 acci-

acciperet. Et quid tamen hoc aliud, quàm vt è filiâ pater nasceretur? Tantum verò fabula, etsi mendacio cæca, ausa non fuit. fieri posse, humanâ naturâ vestita Diuinitas ostendit, quam lucem & veritatem appellamus. Breuiter: E'ιδοθεα nostra Protei nostri Mater est: sed vt filia nomen faciliùs tribuas, Virgo permansit. Virgo igitur & Mater. Sic Deum concepit vtero & enixa est, vt cælo maior esset, & purissimis visceribus immensa sidera vinceret: sed in cælum assumpta, & tot facibus circumdata, vt è sublimi reluceret, & virgineis Virtutum radiis benigna in genus humanum esset. Ad summam, Mundus Proteus est, vt Christum verum esse Proteum; & Christus Proteus, vt MARIAM veram E'ιδοθεαν fateamur. Proteus ille Deus & Homo: sed quia Deus, nasci è Virgine debuit. E'ιδοθεα, Virgo & Mater: sed quia Virgo, cælo, & stellis omnibus digna fuit.

T H A U M A H.

Diuinâ genesi Naturam, & humana mentis lumen obfuscarî. Versum esse librum mirum est, & multitudinem in monade. Protei voces, syllaba, littera ad examen ducta. τετρακτύς Pythagorica. Numerus humanus.

OVIRGO, quid maius est, quàm Matrem esse Dei? Tot stellis cincta, tot Dotibus ornata,

nata, quem genueris, ostendis: Filium, & Deum; Tuum, & Dei. Genuit sine matre Filium Deus: genuisti sine patre Filium Virgo. Diuinæ generationis nullum principium est: Humanæ, principium & miraculum est. Genitum ab æterno Filium Dei credimus: Virgo concipere & parere potuit Filium, qui ab æterno fuerat. Hæc magna sunt, hæc mira sunt; hæc naturam superant, & humanæ solertiæ curiositatem confundunt. Quid errorum & impietatis faculas accenditis, ô mortales? in Solem itis, in maximo lumine cæci estis. Ad Naturam duco: neque ista tota menti humanæ patet. Hallucinamur in minimis; nec se industria vbique nouit. Versum pangi, qui magnitudine suâ liber atque volumen esset, quis Poëtarum credidit? Quis in Monade mille viginti duo inuênit? Quis in Ogdoade (tot in versu voces sunt) octo millia centum septuaginta sex? Quis in Tetradeade (tot syllabæ sunt) quatuordecim millia trecenta & octo? Quis in Hectatriacade (tot litteræ sunt) triginta sex millia septingenta nonaginta duo? In vno hæc versu Thaumata sunt; tantúmque numerare Vates potuit, qui Virginem cum cælo, Dotes eius cum stellis comparauit. Summum maximúmque naturæ ornamentum carmine complexus est, vt ad Heroïnarum Heroïnam accederet: sidera numerauit, vt, quantum posset, diceret; & expressit, vt amplius

in

in Virgine, quàm cælo laudaret. Iterùm, in vno hæc Proteo Thaumata sunt; & ex vno ingenio-
sus Poëta deduxit, quod quasi infinitum est: in
singulis expendit, quod mysterij esset capax. Ergo
Monas, quæ in versu, perfectionem, pulchritu-
dinem, constantiam denotat, & quidquid à Deo,
cuius hæc natura est, in Virginem deriuatur: Og-
doas, quæ in vocibus, felicitatem carminis, sed
magis Virginis. Nam vt nihil versui deesset,
octonario constitui debuit: quemadmodum di-
cere Græci solent, Ἀπαντ' ὀκτώ: *Omnia octo*. Et
vt omnia Virgo possideret, ὀκτὼ μακαρισμοὶ insi-
nuandi erant: quemadmodum ipsa melleo ore
cecinit: Μακαρισί με πᾶσαι αἱ γενεαί: *Beatam me
dicent omnes generationes*. Geminæ deinde He-
ptades, quæ in syllabis, * Virginalem numerum
bis comprehendunt; vt ante partum, & post par-
tum sciamus Virginem fuisse, quæ Deum enixa
est. Sed Hectatriacas, quæ in litteris, totius my-
sterij amplitudinem indicat. Etenim, si Pytha-
goréos audimus, hic numerus mundus est, scri-
bente Plutarcho; imò τετρακτὺς illa religiosa, ma-
ximi iurisiurandi formula. Conficitur autem
primis quatuor imparibus, quatuórque primis
paribus, in summam vnam collectis. Verba Plu-
tarchi ista: Ἡ δὲ καλεσμένη τετρακτὺς τὰ ἕξ ἢ τριάκον-
τα, μέγιστος ἢ ὄγκος, ὡς τεθρύληται ἢ κόσμος ὠνόμα-
σαι, τεσσάρων μὲν ἀρτίων τῶν πρώτων, τεσσάρων δὲ τῶν
περισ-

* Cur He-
ptas Virgi-
nalis, in
Musathe-
nâ expli-
cui.

De Iside
& Osiri-
de.

IN PROTEVM PARTHENIVM. 81
 περιουσιῶν εἰς τὸ αὐτὸ συντιθεμένων ἀποτελέμενος. Omni-
 no ita est: iunge vnum, tria, quinque, septem,
 numeros impares; item duo, quatuor, sex, octo,
 pares; triginta sex conflabis. Vel simpliciter, pri-
 mos octo numeros collige, (tot in versu voces
 sunt) & Protei omnes litteras inuenies. An &
 addo? Senarius sexies sumptus, triginta sex con-
 ficit. cūm verò Senarius perfectionem denotet;
 quidni quadratus Senarij summam perfectio-
 nem? Atque hic numerus, hæ, inquam, litteræ,
 hic Proteus, inuestigandi numeri Humani velut
 radix videatur. Numeri Humani, ΙϞϞ. LXVI.
 quem in Apocalypsi Diuinus Scriptor ostendit. Cap.
XIII.
 Etenim si tot numeri, quot in Proteo litterarum
 elementa sunt, seorsim positi, in summam vnam
 coalescent, sexcenta sexaginta sex definientur.
 Hæc in Versu Virgineo mira sunt, vt mira omnia
 in Virgine fateamur.

T H A V M A Θ.

*Confusus vulgo & infinitus stellarum numerus,
 Mathematicis certus & circumscriptus. infinitum
 sequi multitudo Versuum non potuit: circum-
 scriptum, multitudo Dotium non debuit.*

DOTES Virginis & χαρίσματα quis inuesti-
 get, aut recenseat? ne stellas quidem vno
 consensu mortales ausi: & qui ausi, discrepant.
L Pleri-

Plerique confusum & innumerum confessi numerum, oculis crediderunt: alij tot luminum fidem acriori explorantes examine, traxere ad calculos cælum, & remotam ab homine naturam supputarunt. Chryfippus olim mille quinquaginta octo stellas obseruauit. Hipparchus & Ptolemæus imminuerunt etiam numerum; rati, satis lucidam mille & duodecim facibus stellantem cæli regiam fore. Omnis verò ille luminum chorus in sex Classes distributus, totidem Magnitudines habuit; & in primâ stellas xv. in secundâ xlvi. in tertiâ ccviii. in quartâ cccclxxiv. in quintâ ccxvii. in sextâ liii. Sed nouâ deinde obseruatione creuit iterum series, & stellæ decem adiectæ: quemadmodum hodie mille viginti duæ recensentur: nisi quòd sextæ magnitudinis xlix. sint; extra magnitudinem xiv. quæ partim Nebulosæ, partim Obscuræ appellatæ. Hunc numerum sic obseruatum expressit Vates, vt & nebulas & tenebras declinârit: versus enim siue nebulosos, siue obscuros arcuit: sed vniuersam pulchritudinem varietate gratissimâ commendauit. Cælum sic se habet: & Proteus sic se habet. Virginis Encomium, nil iam nisi cælum est: quidquid lucet, hîc vides. Quid? vt stellas numeres, non opus est cælo: tot in Proteo versus sunt, cum cælo Proteus comparatur. Admiror cælum, admiror Encomium; sed magis

Virgi-

Virginem: Encomium Virgo facit, facit cælum. Encomium tamquam stellis conspersum, & cælum versibus illustratum. Crescant stellæ, infra Virginis tamen Dotes stellæ erunt: crescant versus, Virginis χαρίσματα Proteum tamen vincent.

THAVMA I.

Stella & Dotes magis expensæ: illas, videri infinitas; sed has esse. Proteus an sit, an videatur? Virgo πανσέληνος, omnibusque stellis clarior. Versus Miraculum.

MIRACVLA quis in dubium vocet? Proteus Miraculum est: & cælum, cuius imaginem Proteus sumit, Miraculum est. Proteus est cælum: imò tot in vno versu Protei, aut tot in vno Proteo versus sunt, quot in cælo stellæ. Has numero, nec tamen numero. Si oculis fides, innumeræ sunt & infinitæ. Dei voce utar: *Suspice cælum, & numera stellas, si potes. Quid dicam? Cogita Virginem, & numera Dotes, si potes. Stellas nemo numerabit, sed nec Dotes. Iam fateor, amplius in Virgine esse, quàm in Proteo. Superare Virgo cælum potuit, quidni imaginem cæli? Imago cæli Proteus est: an iam imago? vincitur. Omnes Protei μορφώσεις, & μεταμορφώσεις versus numero definitæ sunt: sed nullâ numeri lege comprehendi omnes illæ stellarum scintillæ*

L 2 queunt.

Genes.
cap. XII.

queunt. Nullâ, inquam, nullâ; sed si Virgo nostra non luceat. Illa verò à Sole suo assumpta est, imò accensa est, & iam cælum illustrat, stellas obscurat. Lucet, sed semper πανσέληνος. Sic ergo

— *conditur omne*

Stellarum vulgus, fugiunt sine nomine signa.
Sed remanent, quæ numerari possunt, quæ Dotes Virginis loquuntur, non æquant; ostendunt, non explicant. Pergite, pergite; etiam sic loqui, & sic ostendere, pulchrum est. Lucete stellæ, Virginem cingite, Lunam ornate, vos quæ conspicuæ estis; vos Poëta versibus exprimet. abite, delitescite, ignem luménque contrahite, quæ ignotæ estis; Virginis iam Dotes stellæ sunt, ferenæ sunt, æternæ sunt, totúmque cæli diem superant. Hem, quò deuoluor? Quò magis iam capio & intelligo sidera, magis Dotes admiror Virginis. Sidera innumera & infinita sunt, si lumen suum Virgo debilitet: pauca sunt, si exferat & intendat. Sed vinci pauca Dotibus, quid mirum est? vincuntur innumera. Proteus, quas distinxit stellarum μορφώσεις, expressit: & sic tamen mirus variúsque fuit: quas non distinxit, ne referre quidem potuit. Cælum miraculum est: sequitur Cælum Proteus, & hoc miraculum. Virgo miraculum est; sic & Versus, qui Virginem sequitur.

THAV-

THAVMA K.

In exiguo immensum. Proteus quî sacer? Stella in terrâ. Virgo una, sed Dotibus infinita: Versus unus, & multiplex; dignus omnibus orbis Christiani templis inscribi.

QVIS igitur hic Versus? Dixi, Miraculum est: & an dico? Liber est. Imò, quis hic Liber? rursus, Miraculum est, Versus est. Aceruum & lapillum cogita, imbrem & guttam, cælum & stellam. Etenim hîc in lapillo aceruus est, & qualem olim optasset Mercurius: in guttâ imber, non aureus, sed Virgineus: in stellâ cælum, & omnibus tamen stellis micans. Istuc redeo, & extra imaginem loquor; in Versu Liber est, & quantum aceruus, imber, cælum habet, repræsentat. Tantum scripsit Vates, & vix auspicatus est: in primâ adhuc metri hæsit semitâ, & metra mille viginti duo emensus. O piû ingenij schema! ô admirandum voluminis compendium! Sed frustra manus oculósque impleat omnium, nisi in templo, imò nisi in templis omnibus legatur: frustra mirus, nisi loci quoque religione sacer. Legatur igitur, scribatur igitur, calamo, typis. Typis, sed qui & ipsi instar miraculi sint, Plantinianis. Vestrâ quoque hic Proteus Pietate dignus est, ô strenui PLANTINI nepotes, M O-

RETI indefessi filij, qui Aui Patrísque gloriam
 non Labore tantùm & Constantiâ, sed Doctrinâ
 sustinetis. Aram aut statuam ornare floribus, &
 distinguere gemmis pietas solet: nos stellas spar-
 gimus, & cælum agnoscimus, vbi Virgo colitur;
 vinci cælum, hebetari stellas, cùm Virgo lauda-
 tur. Ergo quoties attollis oculos, ipsæ illæ æter-
 næ faces admonent, vt Dotes Virginis contem-
 pleris: quoties templum adis, stellas omnes in-
 uenis. Dixero tot in terris cælos esse, quot vbi-
 que templa Virgini-Matri structa, dicata: Dotes,
 velut stellas esse, multitudine confundi; miracu-
 la velut sidera, æternùm collucere. Cùm tot
 templa, tot Dotes, tot miracula sint; vna tamen
 vbique Virgo est, sed diuini affectus ignem loco-
 rum varietate multiplicat: plures imagines ha-
 bet, & plures velut radios ab vno iubare deriua-
 tos. Vnus etiam hic versus est, & omnibus re-
 gni cuiusque, prouinciæ cuiusque templis suffi-
 cit, vbique vnus, & alius: vbique versus, vt li-
 brum constituat; vbique liber, vt versu conclu-
 datur. faciem mutat, & pulchritudinem seruat;
 numerum auget, nec à monade recedit. Quid
 etiam? Pius est, Virginem sequitur; Parthenius
 est, & vbique laudat: vnus omnia implet templa,
 non vnus laudat Virginem; & hoc fonte manat,
 hac origine secundus est. O beate Proteu, Vir-
 gini placeas, & infinitus es: omnibus inscribaris

tem-

templis, & tot ora quot templa inuenies. vnam in templis omnibus Virginem; vnum vbique versum & alium. Toties in templis omnibus arisq̄ue legatur, versus quoties mutari potest, & adhuc impar Dotibus Proteus iacebit.

T H A V M A Λ.

Pictura Protei, item Virginis. Ars nisi pia, hic imperfecta; colores nisi caelestes, fugitini. Quercus Mariana, qua apud Ciceronem, pie explicata.

SCRIBI, aut excudi Proteum, fatis non est; Spingi debet: nec legi fatis; cerni debet. Quod pia stili felicitas exsecuta est, penicillus imitetur: carmen colores exprimant. An minùs Pictoris, quàm Poëtæ ingenio Virgo colenda est? Posse pingi Proteum, Poëta ostendit; Versu complexus est: imò non posse; Miraculum dedit. Etenim si arduum olim Iano geminum, aut quadrigeminum vultum dare: quis mille & tot ora in vno Proteo effinget? Adeste obsoletæ iam artis & famæ lumina, tu Zeuxi, tu Parrhasi, tu Apelles: adeste, & Miracula vos faciam. Hoc agite; Versum adumbrate, in quo mille Versus sint; Proteum pingite, qui tot ora gerat. Iterùm, hoc agite; & felici manu audax Homeri ingenium vincetis. Denique, hoc agite; & quantum virginea hîc Vatis Pietas præstitit, facietis. Quin
potius

potiùs faceſſite profani artifices: non nouiſtis Venerem, quæ Virgo ſit; nec Amorem, qui faucios ad cælum animos extollat. Terram, & quæ huc ſpectant, pictura veſtra habet: nobis cum Aſtris negotium eſt; aut certè in terrâ imaginem quærimus, quæ Aſtra adæquet. Nouos aliòſque det Pietas Zeuxes, Parrhaſios, Apelles; capiet tabula Proteum, qui cælum cepit: ibit in colores, qui ſcriptus eſt. Eia, Virgo pingi potuit; quidni imago Virginis? hic Proteus eſt. & pinxit Virginem, qui deſcripſit olim, D. Lucas; qui ſacrum inſpexit vultum, & veneratus eſt. Pinxit, inquam, & felici arte omnium deinceps induſtriâ prouocauit. Vos reſpicio & alloquor, viuentia adhuc lumina, magna Patriæ decora, & iam Zeuxi, Parrhaſio, Apelle meliores: te erudite VAENI, te ingenioſe COBERGI, te erudite & ingenioſe RVBENI; qui templa paſſim non tam ornatis tabulis, quàm animatis; qui verè oſtenditis animorum eſſe picturam: vt maximi ſitis, huc transferte operam, Proteum nobis carmine delineatum, colore exprimate: cælum in terrâ, ſtellas in tabulâ. Date Proteum, qui mille ora gerat, ac Dotes adumbret Virginis. Date picturam, quæ loquatur. Poſteſtis: nihil arti, ingenio, induſtriæ veſtræ arduum eſt; & hæc Virgini debetis: nihil Pietati; hæc omnia perficit. An nescitis, in ſacrâ Quercu cultam eſſe Virginem? Quercum pingite, in ramos deducite,

ducite, folia inspergite, quæ numero stellas refe-
rant; quæ inscripta versu singula, versum & li-
brum constituent; quæ comâ & coronâ Virginis
Dotes, quantum licet, repræsentent. Hæc Quer-
cus Proteus erit: imò hic Proteus Quercus erit;
& sic quia verè MARIANA, vt cum Cicero-
ne dicam,

Lib. r.
De Leg.

Canescet sacris innumerabilibus.

T H A V M A M.

*Non nisi à Virgine Proteum esse, facilitate pulchrum.
Porphyrij Panegyricus mirus, sed miser: Bauhusij
Proteus pius, & felix. Vtriusque ingenium consi-
liumque expensum.*

HOC mirum: nihil Proteo difficilius, & nihil
tamen facilius est. Qui tam ægrè describi-
tur, tam morosè pingitur, profusus est. Ludere
Auctor potuit, vbi typi crucientur, pictura la-
boret. Et quis Vatum igitur feliciori impetu
surrexit? quis versu vno immensum absoluit
opus? Cælo descendit: ingenio Vatis sui Virgo
vsa est. Hæc dictavit, ille scripsit; hæc suggestit,
ille fudit: nouum Vatem, noua Musa ostendere
sæculo doctissimo voluit, qui carmine clarus,
Pietate æternus esset, sed facilitate labores om-
nium vinceret. Momento temporis librum scri-
ptum esse nulla ætas vidit: hoc nouum, hoc mi-
rum

rum est. Scripsit BAVHVSIVS, versum fudit, versus in librum se dilatauit. Vfurpent alij, Δύσκολα τὰ καλά: nulla hîc opera est, infinita pulchritudo: palleant alij, vnguésque rodant; absolutus ille non nisi à cælo, non nisi à Virgine nitor est. & quid mirum? Virgo laudatur. Sic quidem infelix olim, quia laboriosus Publilius Optatianus Porphyrius. is vt Patriam recuperaret, difficiliter exilio carmen, an tormentum? composuit, Panegyricum Constantino. Quid enim? Miser scribendo, grauiorem subiuit versu pœnam, quàm redemit. Miser, & sic mirus. quippe cruciauit ingenium, occupauit annos, & eousque laboriosam poliuit Musam, vt ridiculam faceret. Alia in Proteo facies est: alio entusiasmo Auctor subuectus. An & comparationem instituo? Hic Pietatis, ille Ambitionis. Hic cælum, ille terram spectauit: hic Virginis gratiam, ille Cæsaris: hic simplicissimâ venustate variauit carmen, ille notis maculisque conspersit. Ergo quanto beatius, Pietate, quàm ambitione clarum fieri! Pietas æterna ac diuina est; ambitio fragilis, & caducæ instar flammulæ euanescit. Quanto etiam pulchrius apud Deum, quàm homines, Patriam quærere! Exilium est, quidquid in terrâ agitur, adeoque carcerem in hoc corpore mortales habemus. Veros Penates puto, vbi nemo perit, nemo moritur, nemo periclitatur: domicilium verum, quod

IN PROTEVM PARTHENIVM. 91
quod sideribus illustre est, quod versibus Vates
noster depinxit. Sic quanto iucundius, in Virgi-
ne Matrem, quàm in Cæsare Dominum inueni-
re! Nemo Matrem coluit, & seruus fuit: agnoscit
illa amabile nomen suum, & in cultores deriuat:
reddit affectum, & filios appellat. Rursus Do-
minum nemo coluit, & liber fuit. Obsequium
sceptra debetur, nec placere potes, nisi vt mise-
riam trahas. Erras, si gratuitam Fortunam pu-
tas; non est: iugo suo premit, quos euehit; infeli-
citatem blanditiis vendit. Denique, quanto in-
geniosius, versu vno copiosum esse, quàm in co-
piâ angustis molestissimis constringi! Fuit BAV-
HVSIVS, ô mirum! constrictus est Porphyrius.
BAVHVSIVS, quia virgineum veræ Pietatis ar-
dorem intellexit, breuis fuit, vt omnia diceret:
Porphyrius, quia seruilem obsequij simulauit af-
fectum, superstitiosus adulatione fuit.

T H A V M A N.

*Etiam Proteum tentauit Porphyrius, sed formarum
inopem. Maiori versu Virgo digna: & maio-
rem scribere potuit, qui calum spectauit.*

ET tamen Proteum formauit Porphyrius, la-
boriosissimus omnium Poëtarum. Porphy-
rius, inquam, ille à Constantini æuo; ne hester-
næ aut ineptæ inuentionis hoc genus carminis

existimes. Cùm non ferenda metro vincula daret, hoc egit quoque, vt ex vno plures versus faceret, & transpositione vocum, quod semel dixerat, sæpiùs diceret: quasi sic demum & ingenij & laboris felix, si non tormentum modò carminis, sed miraculum inuenisset. Sic igitur inter alia de Constantino:

*Quem diuus genuit Constantius Induperator,
Aurea Romanis propagans secula Nato.*

Quemadmodum autem prior iste versus hanc varietatem habet, vt ex vnâ, duabus, tribus, quatuor, quinque syllabarum dictionibus constet, qui Torpalius dicitur, siue Symphalius: ita posterior ex quinque partibus orationis, quarum manente vltimâ dissyllabâ, ceteræ quatuor trisyllabæ ordinem suum per vices mutant. Variari omnino quater & vices queant, si carminis legem sententiâque negligas: ceterùm illâ & hac integris, quinque à primo vultu vultus admittit:

Aurea Romanis propagans secula Nato.

Aurea propagans Romanis secula Nato.

Seacula Romanis propagans aurea Nato.

Seacula propagans Romanis aurea Nato.

Romanis propagans aurea secula Nato.

Propagans Romanis aurea secula Nato.

Totum ecce Proteum vides, sed formarum inopem: dignum tamen qui Imperatoris oculos subiret: imò dignum potiùs, qui de Virgine scriberetur.

retur. Hæc fanè, ceu vera cæli terræque Indu-
peratrix, aurea non Romanis tantùm, sed mor-
talibus omnibus sæcula Nato suo propagavit. Sa-
lutem peperit, & potuítne benignior esse Mater?
Deum peperit, potuítne felicior? Tam beni-
gnam, tam felicem meus Vates veneratur, sed
maiori Proteo, versu prorsus admirando. Meus?
imò Virginis ille Vates; sed qui se premi exilio
putat, quamdiu à cælo remotus est. Patriam
scribendo Porphyrius meruit, laboriosus fuit:
cælestem BAVHVSIVS Patriam; ingeniosus, &
simul pius fuit. Quantum cælo solum supera-
tur, tanto BAVHVSIVS Porphyrio maior est:
cælum, non solum quærit; Virginem, non vbi
mori potuit, sed vbi æterna est.

T H A V M A Ʒ.

*Scaligeri Proteus examinatus. Numerus κλυμακλινε-
ρός. Parthenium decies sexies maiorem esse. Ado-
lescentia terminus. Poëta animus præversu est.*

VERSVM pedibus instruere pulchrum est:
millies vigesies bis variare, mirum. Quis
hoc egit? nemo præter BAVHVSIVM. Quis ten-
tauit? olim vnus, quem dixi, Porphyrius; & nu-
per vnus, qui se Auctorem Protei fecit, I. CÆ-
SAR SCALIGER. Nomen indidit, & hæctenus

Lib. II.
Poëti-
ces, cap.
X XX.

M 3 Au.

Auctor fuit: rem nemini præripuit, quia antea
 vsurpatam. Versus iste:

Perfide sperasti Diuos te fallere Proteu?

Quot formæ? innumeras ait; quas tamen omnes videtur finistrâ conclusisse: & an sinistrè? Certè infra Diuos hîc fallendos varietas constitit. Septem adhuc Decades impletæ non sunt, & deficere miraculum cœpit. Summum fortassis Vir summus putavit, quidquid sexagesimum numerum excederet: aut certè versus cum annis suis iam senex contulit, carmen cum ætate. Sed hoc erat, nimium sanè siue ætati, siue Proteo indulgere. Quid enim? Tota metamorphosis sexaginta quatuor formis continetur. Formis, sed plerisque deformibus, & in quibus iam senium notes. Pauci versus robur ac venustatem seruant: reliqui labant, deficiunt, & vix Proteum habent: augent numerum, pretium imminuunt: accedunt, nihil addunt. Sed fortassis grandis erat varietas, & sic felix, quia κλιμακτηρικὸν excesserat: sexaginta tres versus, velut totidem anni erant. Scilicet hic numerus, quia Compositus, etiam Arithmetico mysterio innumerus, & ἀόριστος. Compositus, quem tria, septem, nouem, viginti vnum metiuntur. Tria enim vigesies semel sumpta, vel viginti vnum ter, conficiunt sexaginta tria. Quasi dicas, eandem summam septem Ennadibus, vel nouem Heptadibus constare.

re. Sed esto : paucæ formæ innumeræ sint. Ver-
sum vnum in sexaginta quatuor commutari, mi-
rum puto : maximè, ter maximè mirum, in mil-
le viginti duas. Hic numerus stellarum est, & il-
lum minorem decies sexies circiter continet: quo
annorum termino adolescentiam Varro defini-
uit. Maior erat SCALIGER, si tam grandæuum
nobis Proteum dedisset: BAVHVSIVS, quàm fe-
lix, tam modestus; etiam hunc suum negligere
voluit. Optimum Versum, sed meliorem Vir-
gini animum obtulit, Pietate modestus, Modestiâ
pius. Quid mirum? Virgo, quæ laudatur, mo-
desta est; & quæ laudatur, pia est; imò ipsa Mo-
destia, ac Pietas.

T H A V M A O.

*Inutilia ingeniorum tormenta serio reiecta: sed ab his
Proteum eximi, & alienum esse. Bauhusianæ
Musæ indoles: etiam in versu hoc Parthenio;
versu pio, & sic utili; caelesti, & sic pulchro.*

QVI solidum desperant carmen, ad tormenta
ingenij confugiunt. Tanti Poëtæ nomen:
laudem in labore, sed inglorio & inutili, ponunt.
Proci Penelopes! ancillari amorem patiuntur:
amorem, non voluptatis, sed famæ. Hinc Acro-
stichia, Palindroma, Sotadea, Diaula, Isopsepha,
& quidquid ingeniis corrupendis natum. Quia
semel

semel hæc audacia feliciter Optatiano cesserat, plerique deinceps violarunt carminis maiestatem. Libros apinis tricisque, imò Parnassum monstris impleuerunt. Te verò, ô meus Pater, ô verum Apollinis germen, quis affectus ad Proteum deduxit? Quis? vnus Pietatis. Vt Virginem laudares, vt pius esses, hoc egisti, quod multi; sed felix & ingeniosus præ multis. Imò hoc egisti, quod nemo: dedisti Proteum, qui mille & ampliùs ora gereret: dedisti versum, qui si Proteus non esset, omnium cruces & tormenta vinceret. Quorsum verò in hoc mustaceo laureolam quærere? Famæ auram si captares, sanè ad nouum & inauditum carminis miraculum transire opus non erat. Tibi Epigrammata scripta & edita, quibus hoc æuum (æui suffragio dicam) superas; antiquitatem possis prouocare. Quis eruditionem, & nitorem iunxit? facilitatem, & acumen? linguæ, & mentis gazam? Alij verba habent, sensu deficiunt: alij sensum, & verbis inuoluunt. Paucos etiam argumenti dignitas euehit. Ingenij aculeos videas, sed Veneri ac Cupidini consecratos. Quis subtilis, & simul pius fuit? ingeniosus, & castus? Quis venustatem in Virgine, Amorem in Christo æstimauit? Itaque multorum obscœni, & sic perituri versus sunt: tui pudici, & sic æterni; tui puri, & sic pulchri. Pro-

fiteris

fiteris ipse, Musæque castæ Genium exprimis:

Nil nisi Virgineum, Lector, mea Musa propinat:

Nam Cyprii lasciva tela caculi

Non hîc culla sonant; non hîc quæ franat olores

Patis ocellis ludit, aut ludit iocis.

Ludimus; ingenui verùm intra claustra pudoris:

Excedere hac, non ludere est, sed ladeve.

Quid? cælum loquuntur: in cælo videntur nati.

Omnia in cælo pulchra sunt; & in terris foeda, turpia, deformia omnia, si cum cælo comparen-

tur. Huc ascendit Proteus iste: cælestis est, sidera repræsentat: Parthenius est, Virginem laudat.

An dicam? Auctorem ipsum Cælestem esse, ac Parthenium ostendit. Cælestis autem ille ac Par-

thenius quo sit ingenio, quæris? Vnum verum mauult, quàm mille Proteos dare, si Protei tan-

tùm & profani sunt: qui Proteum mauult, si mille & ampliùs versibus Virginem extollat.

ΤΗΑΥΜΑ ΙΙ.

Ipsè Protei Auctor, Proteus: Aegyptium, Saltatorem fuisse. Auctoris laudes in Virginem redundare.

Εὐσεβεία: præter hanc vana omnia esse.

CAELESTEM esse dixi ac Parthenium, qui Proteum composuit: nunc ipsum adeò esse

Proteum, esse θαυμάσιον. Fabularum desinat nugis adhuc depicta eruditio: nullum habuit Aegy-

N ptus

ptus Proteum, nisi qui saltando Pantomimum daret, flexione membrorum aliam aliamque velut corporis faciem mentiretur. Lucianus sic tradit, laruamque ficto & planè Homericò Deo detrahit. Hinc & Aristænetus Panaretam Pantomimam, illam tamquam à Polyhymniâ & Venerè exornatam, cum Proteo Phario comparat. Proteus est, qui versu expressit Proteum, qui seruato sensu, seruato metro, vnain in mille & ampliùs formas formam melior χειρονομος diduxit. Θαυμάσιος igitur: fecit quod αδύνατον videbatur. Iactet Apollonium suum Philostratus, & Proteum credat: tu mihi Apollineus es, & sic melior Proteus. Proteus etiam, quia, vt laudem declines, faciem mutas. Mutas faciem, modestiâ tegis, & hoc agis, vt encomio velut vinculo eluso, elaboris, euadas, effugias. Frustrà, frustrà: tua te quoque hîc Εἰδοθεῖα prodit. Virgo, inquam, quam laudasti, illa omni encomio maior, cælo pulchrior, stellis clarior: illa, vt cum Homero dicam, δία θεῶν, *Diva Dearum*. Ego Menelaus ero, & infidias, an blanditias? locabo. Verus ero, & virtutis illum colorem tuum liberiori encomio vrgebo. Tu si in animo, quàm rumore, omnem ingenij doctrinæque fructum mauiis ponere, ad Virginem transfer, quidquid modestiæ graue est. Ego cùm ΒΑΥΗΥΣΙΥΜ laudo, Virginem laudo: in te redundat, quidquid de Virgine ipse siue di-

Περὶ ὀρχήσεως.

Lib. 1.
Epist.
xxvi.Lib. 1.
cap. 111.

cis,

cis, siue scribis. Sed quæ dicis, vim ac maiestatem habent; quæ scribis, elegantiam & maturitatem. Sic dicis, tamquam scribas; sic scribis, tamquam dicas: mutas formam, sed quasi serues, vbiq; facundus & melleus, doctus & pius, id est BERNARDVS. In templis vocem, in terrarum orbe stilum homines admirantur. Ornas templa, imple orbem: doces omnes, imò beas. Iam verò varietas rerum atque doctrinarum vel inuito tibi nomen Protei imponit: multiscius es, & sic pius. Te Pietas doctum, Doctrina pium reddit: & sic ad vtramque sæculi nostri homines hortaris ac ducis; omnemque non famam tantum, sed felicitatem εὐσέβειαν putas. Tam Christiano igitur affectu, inglorius, vilis, nullus esse mauis, quàm non pius. Quid igitur? non te laudem? sequi cupio: negligere, fastidire, spernere, quidquid ad Deum, ad Virginem non dirigit. Perge Pater, Filium inuenisti. Ego modestiæ, & Pietatis hæc vestigia sequar: ego ostendam fragilia, fluxa, vana esse, quæ ingenij magis, quàm salutis causâ mortales moliuntur.

THAUMA P.

Virgo, tanquam Musa & Monas. Dotes eius infinita. Infinita χιλιάς. Infinitus Proteus, qui stellarum χιλιάδα continet.

VIRGINEM sequor, faceffant Musæ: Virgo nostra Musa est. Monadem admiror, faceffant numeri: Monas numerum facit. Monas, ipsa Virgo est; Monas, ipsa Musa est, quæ Solem peperit, quæ verum ingenium Apollinem dedit, Virgo & Mater, Monas & perfecta. O secundum igitur Vatem, quem tam felix Pietatis aura imbuit! verum Vatem, qui laudes Virginis versu vno infinitas complexus est. Sed quid? facilius ampliari miraculum Poëtæ potuit, quam Virginis encomium restringi. Dotes Virginis Versus secutus est, & in infinitum, vt sic dicam, creuit. Creuit, inquam, vt numero tamen suo consisteret, & Virgine minor esset; in vno infinitus, in infinito vnus. Etenim Millenarius tanquam infinitus, plenitudinem rerum immensam significat, & perfectionem, Summus enim est, & computationis varietatem concludit, à monade velut fonte in decadem, hinc in hecatontadem, inde in ipsum numerorum mare, quam chiliadem appellamus, profluens. Est igitur denarij hic cubus. quippe decas, quæ monadibus constat, in se ducta centenarium

IN PROTEVM PARTHENIVM. IOI

narium constituit, figuram inquam quadratam, sed profunditate siue altitudine carentem. in hanc autem vt surgat, solidaque reddatur, centenarius decade rursus multiplicandus erit, & millenarij aceruus nascetur, numerorum velut numerus, limésque vltimus & perfectus. In longum enim hæc decas, in latum hæc hecatontas, in profundum hæc chalias extendetur. Plenitudinem istam sic infinitam boni Scriptores passim vsurpant. peculiariter Virgilius de Iride:

Mille trahens varios aduerso Sole colores.

Apud Aristophanem quoque χίλια πόλεις à Scholiaste πολλαῖ explicantur, numerúsque finitus, pro infinito positus est. Nec à sacris Litteris hæc formula aliena: *Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesternæ quæ præteriiit.* Itaque, vt ad rem veniam, amplius quàm infinitus hic Versus, hic omnibus cæli luminibus stellans Proteus: mille viginti duas facies sustinet. Hem, infinitus Proteus, & infinito maior: stellas omnes capit. sic tamen angustus & exiguus; omnes Virginis Dotes non capit. Non potest autem Carmen Cælo maius esse: vt laudet Virginem, cæli imaginem sumit. Sed maior cælo Virgo est: cælum regit. Vt Deum caperet, esse maior cælo debuit: & Vates, vt quod summum in naturâ est, exprimeret, cælum respexit. Tot in Versu Versus sunt, quot in cælo stellæ: tot in Virgine Dotes,

Psalms.
LXXXIX.

quot stellas industria humana non numeravit.
Lucet cælum sideribus, Virgo Dotibus. Te, te
alloquar:

Es Virgo cælum, & Virgo cælo maior es.

THAUMATA Σ.

*Dotium & stellarum comparatio. Tot in Virgine
Dotes esse, quot in cælo stellæ sunt: non tot in cælo
stellas esse, quot in Virgine Dotes sunt.*

AB ipso hæ redeunt cælo voces:

Es Virgo cælum, & Virgo cælo maior es.

Quia æternis virtutum facibus luces, non iam
opus est stellis. Dotes tuæ, ô Diua, stellæ sunt.
Sint plures cæli, & omnes à Virgine stellæ acci-
pient. Hoc igitur in accuratissimo Vate mirum
est: numeravit stellas cæli, Virginis Dotes con-
fessus innumerabiles esse. Inspice stellæ, ac re-
cense, quisquis es, tot tibi Dotes dabo: inspicere
Dotes, tot stellæ non erunt. Datum est Virgini,
quod cælum habet; ademptum cælo, quod Vir-
go possidet. Hic seruari tot versuum versu sensus
potuit, vt stellæ cæli in Dotibus Virginis nume-
rarentur, finitæ in infinitis; Dotes Virginis ultra
stellas ascenderent. Tot sunt Dotes, quot stellæ,
& plures sunt: terminum stellæ, non Dotes ha-
bent. Verba quid ego facio? tam pulchrum Vir-
ginis *ἰσῶμα* ipse Protei Auctori diuino Epigram-

mate

mate canit, & Excellentiam Diuæ celebrat. Lib.v.

Induperatricem, magnique Monarchida mundi,

Proxima Tergemino qua sedet una Deo;

Qui non miratur, qui non pius amplexatur,

Nil stupet hic magni, nil amat ille boni.

Nil illa melius, nihil est à Numine maius,

Summum caligenum, terrigenumque caput.

Debit huc MARIAE virtutum scandere currus;

Debitus illius Dotibus ille locus:

Quas omnes numeris possim subducere nullis,

Non si sexcentas dixero myriadas:

*Tentandum tamen est. Numerum vis Lector
habere?*

7, prius in digitos sidera cuncta refer.

Hyberno numera fluctus in littore; quotque

Nerea per liquidum flabra Boræa volent;

Quot pennas aër, pinnas mare, siluæque frondes,

Mellilegas habeat flauus Hymettus apes;

Quotque Puer flores annus, Iuuenis quot aristas,

Poma Vir autumnus, detque Senecta niues:

Hæc numera, Dotes MARIAE numeraueris, omnis

Hic numerus, Dotum Virginis unus erit.

Ecce quàm elegans, tam pius scribentis ardor est:

quàm pius, tam verus. Sed in Proteo, vt plenum

encomium esset, omnes non satis stellæ fuerunt.

Dicere horruit Vates:

Sidera tot celo, Virgo, quot sunt tibi Dotes.

imò in hunc sensum. producere Proteum recusa-

uit,

uit, ne laudem imminueret. Sic igitur contraxit
 versuum numerum; vt Dotium augetet. Quid?
 suum ingenium Virginis elogio postposuit; vt fi-
 niti versus, infinitæ laudes essent; gloria magis
 Virginis, quàm carminis quæreretur. Mille vi-
 ginti duæ in cælo stellæ sunt: his angustiis clau-
 sa est varietas, vt carmen miraculum esset. Sed
 ô Deus, ô Virgo! mille & millia, & millena
 millia angustia sunt, si cum infinito Virginis
 contendantur. Finitum est, si in versu versus
 numeres.

THAUMATA.

*Nulla numero Deus, nullo Virgo exprimitur. Ille in-
 finitus, hæc quasi infinita. Centum linguis Poëta,
 mille Theologus loquitur, nec adhuc Deum, aut
 Virginem exprimit.*

MIROR, nec miror.

*Matibus hic mos est, centum sibi poscere voces,
 Centum ora, & linguas optare in carmina
 centum.*

Sed quid nisi vt magno impetu, maiori voto fun-
 dantur versus, & minores argumento euadant?
 Furere eundem furorem Pietas potuit, diuinum
 furorem. Etenim nisi centum ora, & centum
 voces, & centum linguas Poëta Theologus ha-
 beat, infans, imò mutus est. Adsint boni piique
 omnes,

omnes, socient animos, coniungant voces: cùm
 fenserint omnia, reliquisse plura; cùm dixerint
 omnia, tacuisse plura videantur. Quippe Numen
 infinitum est; nullâ cogitatione bonitas eius, nul-
 lo sermone comprehendi magnitudo potest. Pro-
 xima Numini Virgo est, quæ Numen peperit,
 quæ Deum terris dedit. Cùm Virginem lauda-
 mus, iam feliciori encomio ad Deum assurgimus.
 Quia Deum cepit, quia Hominem esse ostendit;
 ostendit, quò assurgere encomium humanum
 queat. Da centum ora Virgo, da centum lin-
 guas, iam non omnino infans ero: te loqui, & sic
 Deum incipiam, qui vt Homo esset, infans, &
 puerulus fuit, & humanæ naturæ angustias ad-
 misit. Vt multa quoque dicam; imò vt designem
 Deum, mutus ero. Ille enim, *tamquam ovis ad
 occisionem ductus est, & sicut agnus innocens coram
 tondente se obmutescit, sic non aperuit os suum.* Lau-
 dare Deum, siue dicere, hoc est imitari. Quid
 tu ais, mi BERNARDE? quid tu agis, mi BAV-
 HVSI? siles ipse, & centum ora, centum linguas
 possides. Siles ipse, & mille ora, mille linguas
 possides. Mille? & amplius: quot

Toto sparsa micant stellarum lumina celo.
 Vt Deum laudares, versum concinnasti Virgini,
 quo maiorem aut ingeniosiore adhuc non vidi.
 Sic tamen laudando confessus es, ne Virginem
 quidem ore aut linguâ humanâ satis laudari pos-
 se.

se. Proteus ille tuus mille viginti duo ora, totidemque linguas habet, & adhuc elinguis est: sideribus cæli Dotes Virginis comparatæ sunt, & ad exiguum veniunt. Tot sint cæli, quot stellæ, & ordiri encomium poteris: tot sint Protei, quot versus, & loqui incipies. Quid nunc dicam igitur? Voluisti laudare Virginem; hoc est laudare.

THAUMATA.

CHRISTVS Sol, MARIA Luna. Virginis Proteum satis non fuisse, nisi & Filij accederet. Vtriusque consideratio. Nova numerorum mysteria, & miracula.

CAELVM in terram descendere, & è Lunâ nasci Solem! Quia Deus ad homines venit, venisse cælum arbitror: quia Sol CHRISTVS est, Lunam MARIAM esse. Sol CHRISTVS, & cælum illustrat: Luna MARIA, & cælo illustratur. Sol communionem naturæ noster est, & diem facit: Luna nostra, & noctem tollit. Cæli beneficio Diuinitatis miraculum designatur. Noctem cælum nullam habet; dies in terris nocte distinguitur. Ita est, caliginem suam vita humana habet: diuina, pleno & perpetuo iubare donata est. Satis igitur Pietati non fuit, inuenire Proteum, qui Lunæ pulchritudinem, stellarum omnium vultu indicaret: inuenit, qui ad infinitum accederet, & innu-

innumeris penitus formis diuinam æterni Solis faciem repræsentaret. Iunxit Solem Lunæ, Proteum Proteo; & Virginem Dei laudibus, Deum Virginis extulit. Quantum in Deo hîc laudatur, Virgo complexa est; Deum enim complexa, quantum in Virgine, infinito accedit; Deus infinitus est. MARIAE Proteus millies bis & vicies conuerti potest, sensu & metro saluis; CHRISTI Proteus, tricies sexies centies millies, vicies octies millies, & octingenties potest:

Rex, dux, Sol, lex, lux, fons, spes, pax, mons, petra,

CHRISTVS.

O mirum! ô ter mirum! Quid non mens æternitatem cogitans potest? ad immensum se erigit, hæc Virgo est; ad infinitum, hic Deus est. in immenso decor vincit, in infinito numerus. Hoc mirum quoque: plus Vates præstitit, vbi minorem complexus est summam; minus, vbi maiorem. Et an mirum tamen? ad infinitum nullo accedes numero; ad immensum numerus stellarum gradus est. Itaque amplius puto, in mille Proteum Parthenium formas verti, vt Virgo celebretur; quàm in tricies sexies centenas millenas, vt perfectam imaginem Deus accipiat. Regem, ducem, Solem, legem, lucem, fontem, spem, pacem, montem, petram Deum nomina, adhuc totus non est. & vin' vt vnâ totum voce exprinam? CHRISTVS EST. Ita hîc quoque monas

O 2 deca-

decadem superat. Vnus est Deus, in quo sunt omnia, & à quo: vnus, & infinitus. Virginis item Proteus, quia Dotium & siderum comparationem habet, non minùs mysterio, quàm numero versuum variatur. In imaginem stellas deducit, & tot adsciscit imagines, quot palantes polo stellæ sunt. Prorsus circumscriptum siderum chorum transcendere carmen non poterat, nisi vt varietatis miraculum imminueretur. Imò, si res dicenda est, pulchrius hîc erat, æquare stellas, quàm excedere. maius, immensi numerum pictâ & stellatâ cæli copiâ profèqui, quàm infiniti copiam simplici verborum numero accedere. Immensum illud, vt dixi, Virgo est; infinitum, Deus. Virgo cæli imagine, Deus nullâ adumbratur. Ad summam, si formarum spectem pretium, pulchritudine suâ Marianus exsurgit Proteus. Omnino, quam laudat, refert: formosus est.

THAVMA Φ.

Virginem laudat, qui adorat; adorat, qui laudat. Angelica Salutationis verba, ac mysteria in Proteo. Τὸ χάριεν, Plenitudo gratia, Præsentia Dei.

NON simplici cultu Pietas contenta est: vt laudet Virginem, adorat; vt adoret, laudat. Pium puta Proteum, hoc agit: laudat Virginem, sed

sed salutatur; adoratur, sed salutatur. Sic humanitatis officium in religionis mysterium commutatur. Nihil noui. Cælestis ad Virginem Legati vox fuit: Χαῖρε κεχαρισμένη, ὁ Κύριος μετὰ σε: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum.* hanc Proteus vocem, sed mutatâ verborum imagine exprimit. reddit cælo vocem, quam terra acceperat. Quod Pij omnes dicunt, dicit Proteus: millies dicit, quod semel Angelico ore prolatum est: semel dicit, quod millies, millies, millies quotidie in orbe Christiano pronuntiatur. Recense precantium colentiumque Virginem cœtus: toties adhuc Gabriel loquitur. Audi Proteum, & cœtus omnes audis. Hi voce, illi silentio, nemo non affectu clamat: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum.* Et clamat Proteus, sed alio, alio, alio versu, sempérque eodem. Cùm Dotes Virginis cum sideribus comparat, Virgineæ Salutationis formulam comprehendit. Hic χαῖρε, hinc κεχαρισμένη, hinc ὁ Κύριος μετὰ σε. Opium versum, & verè Parthenium! ô pulchrum Proteum, & iam Angelicum! Gabrielis sumat imaginem, & primæuo adhuc salutis mysterio salutari Virginem putabo. Quîdni putem? Ecce compellat Virginem, & hoc *Ave* est; laudat, & hoc *Ave*; veneratur, & hoc *Ave*. non minùs affectu pietatis, quàm voce τὸ χαῖρειν designatur. Iam verò Plenitudo gratiæ quid nisi Dotes sunt, sed cum sideribus collatæ? Plenitudo mensuram.

superat, & sidera numero suo plena sunt. Cælum nomina, & quid sit *κεχαιρωμένη* intelligam: imò cælum nomina, & adesse Deum fatebor; adesse etiam, cùm non nominas. Denique nominat Angelus τὸν Κύριον: Proteus ostendit. In cælo Deus est: si nec hoc satis, in Virgine Deus est; cælo Virginem Deus collocavit.

T H A U M A X.

*Pietate in Cælum ascendi. Septem orbium concentu
versum Parthenium expleri. In ogdoade Septe-
narius. Proteus velut Orpheus.*

STRATAM ad Aeternitatis templa vi-
deo, & patentem limitem. Quò ascendit Pro-
teus, mente perueniam. Tantum iter Pietas
conficit: & propitio numine tollit affectum Vir-
go, quo colitur. Vincam hanc terram corporis
mei, ab astris submisso igni: ignis ipse fiam, & ad
ætherem, ad Virginem enitar. Humanæ valet
curæ, valet mixtæ amœnitates curis: pulchrio-
rem ex hac Arce Arcem video: domicilium Vir-
ginis, Aeternitatis Regiam, non stellis iam, sed
Virginis Dotibus illustrem, non motu, sed versu
vocalem. Ecce vnus hic omnia astra & aste-
rismos Proteus facit; vnus omnium orbium con-
centum efficit. In Cælo orbes, siue globos nu-
mera; in versu voces, siue dictiones. *Hic & in*
cælo

cælo & versu est ille sonus, vt cum Cicerone di-^{In som-}
 cam, qui intervallis coniunctus imparibus, sed tamen^{nio Sci-}
 pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum^{pionis.}
 orbium, addo, ipsarum vocum, efficitur; & acuta
 cum grauibus temperans, varios æquabiliter con-
 centus efficit. Quis obseruauit hunc concentum?
 in Cælo Pythagoras, in Versu BAVHVSIYS. Al-
 terum iam Pythagoram BAVHVSIYM dixeris.
 Homo Musicæ & amantissimus & peritissimus
 non satis putauit, carmine laudare Virginem, nisi
 melos & harmonia adesset. Illi autem octo in cæ-
 lo cursus (eiusdem Ciceronis verba sunt) in qui-
 bus eadem vis est duorum, Mercurij & Veneris, se-
 ptem efficiunt distinctos intervallis sonos: qui nume-
 rus rerum omnium ferè nodus est. Et hæ octo in
 Proteo voces siue λέξεις, in quibus eadem vis est
 duarum, pari ratione consonant. Ergo in cælo
 iidem cursus Veneris & Mercurij; vt non frustra
 Cicero: Solem vt comites sequuntur, Veneris alter,
 alter Mercurij cursus. De quâ re videndus Macro-
 bius. In versu autem binæ quoque voculæ T O T
 & Q V O T nexu soni, & sententiæ velut ἀκολουθία
 coalescunt. Sed si rationem cæli & concentus
 docti homines nervis imitati, atque cantibus, aperue-
 re sibi reditum ad hunc locum: quidni assurgere tam
 admirando versu & harmoniâ liceat? laudibus
 Virginis ad Virginem ire? Fortassis minuta hæc
 iam eruditio est; placeat, pia est: fortassis quæsi-
 tum

tum acroama; placeat, hoc Virgo celebratur. Sed cum hæc dico, Proteus noster Orpheus fit; imò Vates noster Orpheus fit, *Threicius* ille inquam apud Poëtam *longâ cum veste sacerdos*. Versu vno, versibusque mille, idem vterque agit. Quid?

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

THAUMA Ψ.

In elementis quaesita Virginis imago; in celo reperta.

Quidquid infra iacet, paruum & prauum esse.

Virginis hostes sidera timeant; tela sunt.

CAELVM spiro, terram fastidio: quid mirum
 Ciam, si frequentius cælum nominem. In cæ-
 lo Virgo est; & huc penetrauit Proteus, vel ideò
 Cælestis, quia Virgineus; ideò Proteus, quia Vir-
 ginis Dotes venustissimâ ac stellatâ metamor-
 phosi explicat. Quid dicam? huc penetrauit Va-
 tes, & per elementa omnia Proteum ducens, mi-
 nora Virgine simulacra inuenit, quæ non à cælo
 sumuntur. Primùm quidem quid natura patiatur,
 in terrâ examino. Vt *Ἰαῶμα* versus esset, in hor-
 tum iussus est & paradisum transformari: *Hor-
 tus conclusus, & Paradisus voluptatis* Virgo nomi-
 nata est. Sed quid? & horto Virgo floridior, &
 paradiso amœnior. Aquam inspicio. iussus in
 fontem & puteum verti: *Fons signatus, & Puteus
 aquarum viventium* Virgo nominata. Sed quid?
 fonte

fonte Virgo perennior, puteo purior. Aërem
 Iustro. iussus in cedrum & oliuam mutari: *Ce-*
drus exaltata, & *Oliua speciosa* Virgo nominata.
 Sed quid? Cedro Virgo sublimior, oliuâ pul-
 chrior. Ad ignem venio. hunc totum, vel non
 monente Vate, Proteus induit, pietate ardere
 coëpit, & in cælum subuectus est. Quid hîc
 agis ô ingeniosum prodigium? quam imaginem
 moliris? Tot stellæ, tot *μορφώσεις* sunt: quam as-
 sumis? omnes, omnes: & omnibus tamen pul-
 chrior, imò maior Virgo est, omnémque Pro-
 teum vincit. Stellæ omnes in imaginem vnâ
 coëunt; & ne sic quidem Virginis maiestas ad-
 umbratur. Quid porrò? Ultrâ ire humano in-
 genio concessum non est; summam naturæ ima-
 ginem Vates tentauit. Cedant igitur iam quæ
 infrâ iacent elementa, ac faceffant: in vitiorum
 fomenta, & quodammodò simulacra veniunt,
 pulchrè eodem Vate scribente:

Lib. 11.
 Select.
 Epigrā-
 matum.

*Terra, Vnda, Aura, Ignis, sunt corpore quattuor
 hostes;*

Hinc nobis Fastus, Duritia, Ira, Venus.

*Vnda parit Venerem, ventosâ Fastus ab Au-
 râ est,*

Duritia è Terrâ est, Ignibus Ira venit.

Iterùm, cedant elementa, ac faceffant: toto cæ-
 lo Virginis imago constat, sed imago, & infra
 Virginem posita. Cælo tamen, & sic pulcher-

P rima,

rima, sic maxima: conspicua omnibus, admiranda omnibus. Cælum si hostes habet, hos profternet Virgo: Virgo si hostes habet, hos arcebit cælum. Quot sidera, tot tela video: quot Dotes Virginis, tot sagittas. His confixa impietas, in terram deprimet caput: Proteum autem, quia cælo armatum, verè fulmineum confitebitur.

T H A U M A Ω.

Vera hominis quies & felicitas. Virginem, dotésque Virginis in cælo legi: pulchritudinem, potentiam, benignitatem eminere. Pietatis clausula ac votum.

QUID corpore mortales in sublimè erecti, pronâ mente terram sequimur, & inanium curarum pondere depressi volutamur? Quies in superis locis, felicitas in æternis. Hic Virgo est, quam colimus: hic Proteus, quo Virginem colimus,

Sidera cuncta notat, tacito labentia cælo.

Quia in cælo Virgo est, à cælo deriuari imago debuit: imò quia in cælo Virgo est, non alibi versus scribi Virgineus debuit, non alibi faciem Proteus variare. Attolle vultum, & animum erige: in stellis Dotes leges Virginis, & laudes inuenies: ipsum te docebit cælum, quî Virginem

IN PROTEVM PARTHENIVM. IIS
nem venereris. quâ? vt Dotes legas Virginis,
& laudes accunules. Cùm cælum videbis, O
pulchrum domicilium! inquires: sed scande, pe-
nëtra; & pulchriorem Virginem inuenies. Cùm
stellas miraberis, O lucidæ faces! inquires: sed
lustra & recense; plures Virginis Dotes depre-
hendes. Exprimere eas Pius Vates simplici ser-
mone non potuit; imagine designauit, sidera
omnia collegit. Sidera ignem, vt sic dicam, &
lumen habent; potentiam, & pulchritudinem:
his totam naturam regunt. Et Virgo igitur
ignem habet, quia puritatem: Virgo lumen,
quia gloriam. Propinquo Numine potens est,
Virginitatis flore pulchra est, & in totâ rerum
vniuersitate eminet. Voco Virginem, vt pul-
chram ostendam; admiror Dotes, vt potentem
indicem. Et quid suauius, quàm amare pul-
chram? quid laudabilius, quàm venerari po-
tentem. Quàm pulchra, tam benigna est; al-
licit: quàm potens, tam propitia; trahit. Se-
cum esse, & æternitate cultores suos frui, non
cupit tantùm, sed vult. Ego vt amare me osten-
dam, quam veneror; vt venerari, quam amo;
laudare non desinam. E cælo depromam Elo-
gium, & vsque vsque canendos suauissimos mo-
dulos repetam:

TOT TIBI SVNT DOTES, VIRGO,
QVOT SIDERA CAELO.

P 2

Has

Has tibi laudes, ô Diua, has persoluam preces.
 Dicam quod stellæ omnes dicunt, dicam quod
 numquam satis dicam. Audi me Virgo, Tuus
 sum: suscipe me Virgo, cælum spectro. Quid
 amplius? tu me suscipe cælum, Virginem suspiro.
 Quæ mora? quæ mora? euehar, euehar! iam
 mihi terra angusta est.

FINIS.



I N D E X

T H A V M A T V M

P I E T A T I S.

A.

OMNIA in Deo, & Naturâ, θαυμάσια. Imago Virginis celo, celum versu adumbratum. Proteus stellans, & θαῦμα τὸ Ὀμηρικόν. Periclymenus multiplex. pag. 63

B.

Pharij & Parthenij comparatio: secundus uterque. item γέρων, ἀθάνατος, ἄλιος, νημερτής. Laudes Virginis inspersæ. 66

Γ.

Protei Homerici imagines ad Parthenium translatae. Mina & diræ in hostes Virginis. Proteus, chaos; eius forma, Elementa. 69

Δ.

Venustas cum varietate, pretium cum mole comparatum: illud restrictum, hanc immensam esse. immensitatis modus & constitutio. 72

E.

Mille versus unus, & in uno. Proteus ornatus cali, sed æternus, æternum quoque Auctorem facit: pios omnes, sed auxilio Virginis: caelestes omnes, quia caelestis ipse. 75

Z.

Proteus mundus, Dei index. Proteus Christus, Virgo

P 3

Εἰδοθεῖα.

I N D E X T H A V M A T V M .

Eiδοθεα. ille Deus & homo, hæc Mater & Filia. 76

H.

Diuinâ genesi Naturam, & humanæ mentis lumen ob-
fufcari. Verfum esse librum mirum est, & multitudinem
in monade. Protei voces, syllaba, litteræ ad examen ductæ.
τετρακτὸς Pythagorica. Numerus humanus. 78

Θ.

Confusus vulgo & infinitus stellarum numerus, Ma-
thematicis certus & circumscriptus. infinitum sequi mul-
tudo Verfum non potuit: circumscriptum, multitudo
Dotium non debuit. 81

I.

Stella & Dotes magis expensæ: illas, videri infinitas,
sed has esse. Proteus an sit, an videatur? Virgo πανσέληνος,
omnibusque stellis clarior. Versus Miraculum. 83

K.

In exiguo immensum. Proteus quæ sacer? Stella in terrâ.
Virgo una, sed Dotibus infinita: Versus unus, & multi-
plex; dignus omnibus orbis Christiani templis inscribi. 85

Λ.

Pictura Protei, item Virginis. Ars nisi pia, hic imperfe-
cta; colores nisi caelestes, fugitivi. Quercus Mariana, quæ
apud Ciceronem, piè explicata. 87

M.

Non nisi à Virgine Proteum esse, facilitate pulchrum.
Porphyrij Panegyricus mirus, sed miser: Bauhusij Pro-
teus pius, & felix. Utriusque ingenium consiliûmque ex-
pensum. 89

N.

Etiam Proteum tentavit Porphyrius, sed formarium
inopem.

INDEX THAVMATVM.

inopem. Maiori versu Virgo digna: & maiorem scribere potuit, qui cælum spectauit. 91

Ξ.

Scaligeri Proteus examinatus. Numerus κλιμακηνικός. Parthenium decies sexies maiorem esse. Adolescentiæ terminus. Poëta animus præ versu est. 93

Ο.

Inutilia ingeniorum tormenta seriò reiecta: sed ab his Proteum eximi, & alienum esse. Bauhusiana Musa indoles: etiam in versu hoc Parthenio; versu pio, & sic utili; cælesti, & sic pulchro. 95

Π.

Ipse Protei Auctor, Proteus: Aegyptium, Saltatorem fuisse. Auctoris laudes in Virginem redundare. Εὐσέβεια: præter hanc vana omnia esse. 97

Ρ.

Virgo, tamquam Musa & Monas. Dotes eius infinite. Infinita χιλιάς. Infinitus Proteus, qui stellarum χιλιάδα continet. 100

Σ.

Dotium & stellarum comparatio. Tot in Virgine Dotes esse, quot in cælo stellæ sunt: non tot in cælo stellæ esse, quot in Virgine Dotes sunt. 102

Τ.

Nullo numero Deus, nullo Virgo exprimitur. Ille infinitus, hæc quasi infinita. Centum linguis Poëta, mille Theologus loquitur, nec adhuc Deum, aut Virginem exprimit. 104

Υ.

CHRISTVS Sol, MARIA Luna. Virginis Proteum
P 4 salis

INDEX THAUMATVM.

*satis non fuisse, nisi & Filij accederet. Vtriusque conside-
ratio. Noua numerorum mysteria, & miracula.* 106

Φ.

*Virginem laudat, qui adorat; adorat, qui laudat. An-
gelica Salutationis verba, ac mysteria in Proteo. Το χαί-
ρειν, Plenitudo gratiae, Praesentia Dei.* 108

X.

*Pietate in Caelum ascendi. Septem orbium concentu ver-
sum Parthenium expleri. In ogdoade Septenarius. Proteus
velut Orpheus.* 110

Ψ.

*In elementis quaesita Virginis imago: in caelo reperta.
Quidquid infra iacet, paruum & prauum esse. Virginis
hostes sidera timeant; tela sunt.* 112

Ω.

*Vera hominis quies & felicitas. Virginem, dotésque
Virginis in caelo legi: pulchritudinem, potentiam, benigni-
tatem eminere. Pietatis clausula ac votum.* 114



CEN-

C E N S U R A .

PROTEVM PARTHENIVM, & in eum
THAVMATA PIETATIS; illum quidem per
R. P. Bauhusium è Societate IESV, inaudito an-
te hac verborum nexu, metro & sensu saluis, va-
riegatum; hæc verò ab Ampl. V. Erycio Puteano
adfectu pio scripta, digna sunt quæ non huic tan-
tùm sæculo, sed & posteris nepotibusque spe-
ctanda inspiciendaque tradantur. In illo enim
exiguo dumtaxat opere, ingens argumentum, si
Virginem cui dicatur; ingeniosam Pietatem, si
structuram quâ dicatur viderem, admiratus sum.
Hæc etiam siue ab affectu quo data sunt, siue à
stilo & facundiâ, vera THAVMATA deprehendi.
Multa in vtrisque, quæ pium Lectorem verè in
Piissimam Virginem pium reddant. Datum
Antuerpiæ, in Seminario Episcopali, Kal. Mar-
tij, M. D C. XVII.

Laurentius Beyerlinck

Archipresbyter Eccl. Cathedral.

& Librorum Censor Antwerp.

S V M M A P R I V I L E G I I .

ALBERTI & ISABELLAE CLARAE E V-
GENIAE, Archiducum Austriae, Ducum
Burgundiae, Brabantiae, &c. Serenissimorum Bel-
gicę Principum Priuilegio cautum est: ne quis,
ERYCI PVTEANI *Pietatis Thaumata in BER-*
NARDI BAVHVSII è Societate IESV Proteuum
Parthenium, unius Libri Versum, unius Versus
Librum, Stellarum numero, sine formis M. XXII.
variatum, præter Balthasaris & Ioannis Moreto-
rum fratrum voluntatem intra sexennium ex-
cudat, aut alibi excusa, in Inferioris Germaniæ
ditiones venalia importet. Qui secùs faxit, confi-
scatione librorum, & aliâ graui poenâ mulctabi-
tur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ,
XXX. Martij, M. DC. XVII.

Signat.

De VVitte.







Bibliote
9.

20
Grote
partien



BU
Biblioteca de San
196

*UVA. BHS. BU
09965*



UVA. BHSC. BU 09965



UVA BANC BU 09963



UVA. BHSC. BU 09965